sunt sublate in favorem regis. vt nomina-  
re possit. quo non existente inclusus est quod  
ecclesie eligant. sicut dixi nominatio non  
existentibus collationem aliis posse fieri.  
§. teneamus. coll. infra. cogitandum est. ege-  
ret enim declaratione conditorum.

c Vnum Non ergo duos. vel plures. vt  
omnes adiuntantur simul. poterit rex ad  
vnum episcopatum nominare. per text. in  
c. 1. 26. dist. & ca. licei vniuersitatis testib. sua  
relictum. in princ. ff. de leg. 2. qui episcopatu-  
mus vnu. & non duorum esse debet. c. cum  
non ignorare. de pref. Lca. eccl. 13. q. 1. scripti  
in §. 1. in gl. rni magistro. de colla. infra. Nota  
tamen quod vnum pluribus modis dici  
potest. Primum ratione viuificationis. vt vnu quoniam  
Christus & ecclesia sunt vnu corpus. vna  
spiritu. & vnu spiritus. id est. vno spiritu  
coadiuantur. Secundum vir & mulier vnum  
dicuntur. videlicet vna caro. & vnu corpus  
quo ad sibi procreandam. quia materia  
duorum vngignit. licet quādo se verberib.  
affi.

**Fili regii**  
Francie vi  
uo patre  
quibus no-  
minibus ro-  
cari soleat.

afficiunt sint duo. Tertiò etiam dicitur vnum quo ad consensum, vnde in definitione matrimonii habetur, viri, & mulieris coniunctio; &c. Quarto quo ad veritatem, ut electio & consecratio faciunt vnum episcopum, scilicet iustum per electionem, verum per consecrationem. Arch. & Prepo. in c. sicut. 40. dist. omitto quod dialecticum in communione seu in generali, aletrum per numerum dicunt, vt memini me aliquando legisse in lib. predica. Potest igitur rex tempore evacuationis vnum tantum nominare, qui si per Papam recusat, alterum, ut infra est videre, & si nominauerit duos simul, primò nominatus prefertur per cap. eam te de rescr. & c. sive tempore. eo. it. in b. l. quoniam. ff. de r. usfruct. etiam si secundo nominato fuerit primo prouisum. Ratio est, quia rex non poterat nominare secundum, nisi à die recusationis primi, ut in hoc textu patet. ergo si nominauerit, illa nominatione non valeret, nisi prior recusat, qui si non recusat, etiam post prouisionem factam secundo, valebit prouisio facta primo: & sic est differentia inter hanc nominationem & presentationem, quæ potest fieri cumulativa, secus in hac nominatione per illum text. & Pan. in c. quod autem. & cap. cum autem, per illum texti, de iure patron. gl. in cler. plures. illi ut in nominatione quod non sit locus variationi, concludant Domi. de Rota decis. 22. nota quod ubi ordinarius, in antiqu. & decisi. 35. ibidem perl. apud ff. de op. 10. leg. nisi hoc fuerit expresse concessum, vt hic dicitur, si non appareat de ordine, vel de prioritate Papa gratificare poterit. arg. ca. diuobus. de scri. in 6.

Et sicut ad vnum episcopatum, vnum debet rex non plures nominare, ita vnum non debet ad plures episcopatus, abbatias, vel prioratus, nominare, quia ille solus ad duas ecclesiias, nec officium valeret perfoluere, nec rebus earum necessariam curā impendere. c. vno. 10. q. 3. pulchre scribit D. Greg. in cap. singula. 89. dist. ne nullus presbyter duas habeat ecclesiias. cap. per lat. 16. q. 7. cap. quia in tantum. & c. de multa. cum multis alias que possem adducere, de preben. quia nemo potest duobus dominis seruire. ca. 3. 21

q. 1. & vix vni ecclesiæ dignè quis valet defluire. c. 1. de consuet. mō. ideo hi plurales tam in prælaturis, quam in aliis beneficiis: à Deo maledicuntur: Esa. 5. cap. Vñ qui coniungit domum ad domum, & agrum agro copulatis, vñque ad terminum loci, nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? Et is qui habet duos episcopatus, vel episcopatu cum abbatia, dicitur bigamus, quia carnem suam diuifit in plures. gl. in §. 1. in verb. pluralitatis. de colla. in Pragia. vbi refert Paul. 2. Pontificem summum cuidam supplicanti pro filio regis, vt ad duos episcopatus secū dispensaretur, dixisse, abit (inquit) vt in ecclesia Dei ponam bigamiā, quo ergo ibit anima huius pluralis in beneficiis: exprædictis satis apparer; ne plura. d. Grauem.) Non intelligas obesum & pingue vel superbum, sed grauem, id est, maturum ex grauitate, & temperantia morum. 4. q. 3. c. 1. testes versi. in testibus. & l. 2. ff. de testibus. vel dicitur persona grauis, id est, non leuis ingenii, sed bonafamæ & opinionis. gl. in c. licet ex quadam. de testib. 15. cap. cum in vita. de sponsa. vnde solemus dicere hoc leuis ingenii homines de tribu Leui emanasse. Graues etiam dicuntur: seniores à quinqagesimo anno. Archid. c. estoie. 1. q. 1. seniores enim figere pedem grauius, & meliores existimantur. ca. sive facta. 50. dist. & maior in eis sapientia præsumitur. c. porro 84. dist. & maior morum grauitas. c. 1. 12. q. 1. [l. fin. ibi. ta. & grauitati. C. rectigaliz. noua.] Iti ergo Archiepiscopi & Episcopi Episcopi debent esse graues, id est, maturi, honesti, quales esse: humiles, & virtutibus ac peritia prædicti. de ista grauitate loquitur Apostolus ad Titum. 2. c. Te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, & grauitate. c. cum in cunctis. de electio. momentaneus, namque Episcopus neficit: humilitatem seruare, & modos personarum, & se contempnere, non ieunavit, non flevit, non se correxit, non pauperibus erogauit, in summa. 48. dist. vnde dicit text. in c. fin. 41. dist. in incessu autem debet esse sacerdos ornatus, vt grauitate itineris mentis maturitatem ostendat, incopositio enim corporis (vt an Augustinus) inæqualitatem:

NNN. 3.

indicat mentis, isti nempe Archiepiscopi & Episcopi graues, id est, maturi, volunt inferius descendere per humilitatem, subfistere per perfectionem, nec facile moueri possunt per tentationem, & hi grauitate ista prædicti nominari debent, teste Pero Bercho, in suo dicto moralis, in verbo grauitate, faxint dñi ut tales semper nominentur, & Ecclesia bene habebunt, & regentur. [Quia pueri hodi multis solent Ecclesiis prefici in periculum animarum præficientis & præfести, quæ malum, &c.]

magistrum & seu licentiatum b in theologia, aut in utroque, seu in altero iurium doctorum c aut licentiatum d in vniuersitate

a Magistrum. ) Hi magistri dicuntur, quibus præcipua rerum cura incumbit, & qui magis quam cæteri diligentiam, & solicitudinem rebus, quibus præsumt, debent. i. quibus vbi plene scripti. ff. de verbis sign. quippe cuiuslibet disciplinæ præceptores magistri vocari posunt, ut dixi in abrev.

Quis dicitur magister, & quā ab eo. ) Hi magistri dicuntur, quibus præcipua rerum cura incumbit, & qui magis quam cæteri diligentiam, & solicitudinem rebus, quibus præsumt, debent. i. quibus vbi plene scripti. ff. de verbis sign. quippe cuiuslibet disciplinæ præceptores magistri vocari posunt, ut dixi in abrev. & r. in gloss. magistro. infra de collat. ideo hic text. declarat magistrum in theologia, & sic propriæ in theologia dicitur magister, ut dixi in gloss. magistro. quia maiorem curam & solicitudinem de regimine Ecclesiæ quam alii habere debent, Episcopum nè pro doctorem esse debere restatur D. Paulus i. ad Tim. 3. c. vnde dicebat etiam Constantinus Episcopus Cypri, non oportet nos qui Episcopi sumus, indigere doctrina, sed aliorum doctores esse. c. conuenientibus i. q. 7. doctor. & doctus debent esse tam Episcopos, quam Archiepiscopos. cum in cunctis de elect. Et in quibus sit examinandus est tex. in c. quis episcopus. 23. dist.

b Seu licentiatum. ) Ad regem ergo pertinet optio an velut nominare in theologia doctorem, vel licentiatum, quia dictio seu alternatiæ capitur. c. si quis presbyterorum. & ibi Barba. de reb. eccl. non alien. dixi in glo. seu in forma mand. Apost. infra. & in alternatiis est electio debitoris. l. 3. ff. de eo quod certoloco. & l. plerunque. de iur. doctoribus alicuius vniuersitatis, solerat patet. ibi, Gregorius seruus ferorum Dei, dilectis filiis doctoribus & scholari bus vniuersitatis Bononiæ commorantibus. sic dicitur in proemio sexti. & clement. Ali quando tamen magistri solent vocari doctores cuiuslibet facultatis. cap. i. de loca & hoc maximè procedit apud Parisios, qui omnes vocant magistros nostros, licet in gloss. magistro. infra in q. i. de coll. dixerim.

rem theologum, aut iuriū, seu in altero, vel licentiatum in theologia, aut in altero iure nominare, & præsentatus huius qualitatibus non debet recusari per Papam, dummodo alijs sit idoneus, & qualitas his requiritur.

Quero an Rex teneatur præferre theologum doctori iuris canonici: Resp. quod si pullulent heresies in dicto episcopatu, vel sithareticis vicinus, tunc debet theologum nominare, alijs si in illo loco magis ventiletur cautarum cognitio, preferre canonistam. cap. i. & ibi Hosti. & ali. de consang. vbi his verbis dicit Petr. Anch. quod theologus per suam theologiam nescire populo & clero prouidere, nec temporalia gubernare, nec ecclesiæ & personas regere, & vidi plures theologos præsertim mendicantes promotos ad episcopatus, & maiores dignitates, per quos nec bona ecclesiæ, nec clerici, nec populus bene regulati sunt, nec ius reddere scunt, & credentes seire præ ceteris intricant, & canonistas secundum ius procedentes odio habent, de casibus dubiis interrogati contra iura sepe respondunt. Aliud inconveniens nascitur, quod eorum ordines propter istas præmitiones in bonis fratribus deficiunt, ex digno igit religioso, & venerabili Episcopus qualis existitur, haec ille. si ergo Rex multum inueniret, illum nominare magis est iuri conseruare, per nos. in c. clerici. de studi. sed non possum inueniuntur. sicut medacia & luxuria.

c Doctorem. ) Et sic probatur hic. Pro quod doctores in theologia dicitur magistri, in iure vero canonico & ciuili, doctores. Si tamen Papa promiscue scribat & quis doctores alicuius vniuersitatis, solerat vocare doctores, ut in proem. decretal. Dei, dilectis filiis doctoribus & scholari bus vniuersitatis Bononiæ commorantibus. sic dicitur in proemio sexti. & clement. Ali quando tamen magistri solent vocari doctores cuiuslibet facultatis. cap. i. de loca & hoc maximè procedit apud Parisios, qui omnes vocant magistros nostros, licet in gloss. magistro. infra in q. i. de coll. dixerim.

Episcopus  
doctor esse  
debet.

convenire tantum doctoribus theologie, ideo excludit istetext. medicos, quia scientia eorum non tendit ad Ecclesiam gubernationem, ut dixi in §. præterea de col. infra. & in tract. nomina. q. 21. num. 42. male se habebet Ecclesia, si in manibus medicorum esset, sicut dicimus de iurisdictione commissa medico, de qua exemplum in Montepessulano olim videri poterat, & hic tex. vult doctorem nominandum esse, non doctoreculum magis sumptuosum quam questosum, nec doctorem deplacabo, sed Doctorem Deo placere, non hominibus, instar D. Pauli affectantem.

*Promotus*  
d. In vniuersitate. ) Regni & Delphinitus, quia hæc concordata sunt in favorem regni & regnicalorum, ut supra sat is superque dictum est, introducta, non esset favor regni, quod quisque fumeret gradum extra regnum, & posset in regno virtute illius gradus episcopatus haberet, sicut dixi in §. præterea. infra de colla. nec est hic credendum Ioanni Dayina, quia gradum sumpferat ultra montes sub Decio: & vocat illum patrem, & suum gradum tueri volebat. Item præcedentia declarat sequentia, & econtrario. l. sacerdos plurium. §. fin. ff. de leg. i. sed supra est locutus de regno & Delphinatu, ergo de vniuersitatibus regni & Delphinatus ac comitatus intellexit, &

de promotis in illis, sic inde finita ista restringetur per præcedentia, & per regni ordinationes, ut plenè dico in tract. nominat. q. 10. quia certæ qualitates positæ in §. præterea. infra de colla. sunt seruandas in istis graduandis in vniuersitatibus Francie, quas non obseruant aliae vniuersitates, ergo promotus omisit his solennitatibus non erit aptus ad regni priuilegia, & regis nominationem. & in prag. dicebatur in vniuersitate priuilegiata, videlicet ad hoc, sed vniuersitas extra regnum, ad hoc non est priuilegiata. Igitur non potest quo ad hac priuilegia promouere, sed concordata successerunt in locum pragma: ut supra non semel vixit exitit, ercio, &c. Itē promotus sub bulla, non est huius regis capax nominationis, cū non fiat ab vniuersitate, ut dixi in gl. doctorum. §. statutus. i. de col.

Sed vtinam alia non obstante nominatio, quia facile respiciendus esset, si qualitates aliæ requisitas haberet.

famosa. & cum b. rigore examinis, & in 27. sua ætatis anno ad minus constitutum, c.

a. *Famosa.* ) Dicitur quælibet vniuersitas regni famosa, in qua est literarum vniuersitas exercitium, ut dico in §. præterea infra de col. que dicitur. loa. Dayina, hic famosas vniuersitates tur.

regni nominat, & vniuersitates extra regnum non, quasi non sint famosæ, quo ad huius tex. priuilegia, licet quo ad exercitium dicantur famosæ, & egregiæ, vbi sunt soliti semper doctissimi viri ita interpre-

tari, & cum magnis stipendiis.

b. *Cum rigore examinis.* ) Examini natum intellige, & oportet quod hæc qualitas sit inserta in literis licentia, ut tales, &c. licentiatum cum rigore examinis nominatio, alioquin non creditur eius qualita-

tis. Nam hæc qualitas, cum sit extrinseca,

non presumitur, nisi probetur. ea. si forte.

& ibi gl. de elect. in 6. l. quocunque. §. i. ff. de

publ. mrem actio. valeret etiam nominatio

dummodo res ita se haberet, licet in li-

teris non esset expressa illa qualitas ex-

aminiis.

Quid si vniuersitas non est solita con-

cedere gradum licentia, cum hac clausula

de rigore examinis, sed tantum cum clau-

sula de gratia, pro ignaris, vel de bona

iustitia pro medioriter doctis, vel de bo-

na & mera iustitia pro ditatibus & ciui-

bus, vel de bona & mera iustitia, & bene-

merito pro doctissimis, vel fauorem ha-

bentibus: nunquam tamen vel raro con-

cessit cum rigore examinis, sicut vniuersi-

tas Tholosana, Montispessulani, & Catur-

cen. quæro an talis licentiatus sic promoto-

rus sit capax huius regis nominationis?

videtur quod non, quia vbi non conuenient

unt verba, nec dispositio. & s. tones. ff. de

damm. infest. sed nō conuenient verbahuius

tex. ergo nec dispositio, quandoquidē hæc

verba non debent esse superflue posita, cū

in constitutione non debet ponari aliquod

verbum.

verbum sine virtute operandi, testis Bald. in  
rub. C. de contrah. empt. q. 9. Itēm qui debet  
admitti, ut talis, debet se tales probare. I.  
non ignorat. C. qui accus. non poss. quod non  
potest facere ille qui tales non habet qua-  
litatem, alioqui sequeretur quod tam igna-  
ri quam docti admitterentur.

*Clausula  
de rigore  
examinis.*

In contrarium inclino, quia conditores  
se retulerunt ad loca & vniuersitates, vbi  
haec facta sunt concordata, seu dictata: sed  
dictata fuerunt in Francia, vbi omnes li-  
centiati sine discrimine sunt cum rigore  
examinis, ergo nolunt alios excludere: na-  
si conditores cogitassent, quod in aliis vni-  
uersitatibus regni, ut Tholosae, & alibi,  
non promouerentur cum rigore examini-  
ris, idem in illis sic promotis statuerint.  
Ergo & nos dicere debemus. I. Titius. §. i.  
ff. de liber. & posth. gloss. in l. tale pactum. §. fin.  
ff. de past. alioqui has leges in favorem cer-  
tarum personarum alicuius loci tulisse-  
sent, contra ea quae dicuntur supra de ap-  
prob. conuento, ibi, regnorum persone & in  
procam. circa finem. ibi, regno ac potentati su-  
pradicato vbique præbitura. & in c. cum omnes  
de conf. & in dubio beneficium principis  
debet esse vniuersale, non locale, text. in §.  
1. vbi Ang. not. instit. de yuca. Item non est  
verisimile quod Rex & regnum acceptas-  
sent haec concordata in priuilegium vni-  
uersitatum aliquarum Francie, & in aliis  
rum præiudicium, & quod locale esset co-  
cordatum, contra ea quae dicta sunt in pro-  
ximo titulo. ibi, pro communii & publica regni  
sui veritate acceptauit. & ibidem habetur in  
2. supra. & ibi, vbique præbitura, &c. sed cre-  
do per hoc verbum cum rigore examini-  
nis, conditores velle intelligere, quod sit  
per doctores examinatus, & quod sine ex-  
amine ad gradum non sit receptus. & ita  
bene examinabitur Tholosae, & in aliis  
vniuersitatibus regni, quam in his confu-  
tudinariæ Francie vniuersitatibus, ergo  
sic examinati nominari poterunt per re-  
gem, etiam si essent facti sub titulo de iu-  
litia, dum modo in literis licentiae non sit  
illa clausula de gratia, quia doctores non  
posseunt in hoc casu facere gratiam exami-  
nii, etiam si ille esset notorius doctus, quâ-

uis alius contra, pertinet. & ibi docto. in elem-  
rna. de iure ur. cum hic detur rigor exami-  
nis, caute igitur iste textus non explicit  
promotum, quia licet quis non fuerit pro-  
motus cum rigore examinis, sed de bona  
iustitia, vel cum alia clausula necessaria,  
dum tamen fuerit cum rigore examinis  
receptus & examinatus, sufficit. & ideo  
non placet, id quod loquitur. Dayma supplet  
promotum, quia per hoc excluderet omnes  
promotos Tholosae, vel in aliis vniuer-  
sitatisbus quae non vntuntur hac clausula, cu  
rigore examinis in promotione. Ideo ego  
intelligo Regem debere nominare unum  
gratuum doctorem, aut licentiatum in vni-  
uersitate famosa, & cum rigore examinis  
examinatum, quamvis non sic promoti,  
quod est notandum.

c. *Constitutum.*) Et sic videtur re-  
quiri annus vigesimus septimus comple-  
tus, per hoc verbum constitutus, probatur  
in c. 2. & c. indecorum, de etat. & quali & per  
hoc verbum ad minus. Item constitutus in  
minoribus requiritur quod habeat ordi-  
nes minores totos. cap. p. terea. & c. tua de  
etat. & quali. sic & totum tempus. Adhuc  
derogat iste tex. c. cum in eiusdem in prim. de  
etat. & presbyter. 79. dist. vbi requirebantur  
20. anni completi, ergo & hic, & non est  
verisimile quod in duobus voluerint cor-  
rigere iura, & in aetate, & quod annus non  
sit completus. Contrarium tenet lo. Day-  
ma, hic dicens hunc annum haberi pro co-  
plete, per hoc verbum constitutum, quia  
is qui annum incepit 27. et iam in ea aetate  
constitutus, elapso 27. anno, non est am-  
plius constitutus in 27. sed in vigesimo  
octavo, probatur in cap. constitutus, & appell.  
nec obstant text. supra allegati, illi ne-  
perverto infra vntuntur, non verbo consti-  
tutum, ut hic. Nec refragatur verbum  
ad minus, quia verificatur in eo, qui est  
in aetate viginti septimum annorum licet non  
compleuerit, nam ad minus debet esse  
in 27. suæ etatis anno, nec obest dictum  
c. cum in eiusdem, vbi episcopus debet com-  
pleuisse 30. annum initiar Christi, qui in  
eaetate baptizatus fuit, & copit praedica-  
re. cap. presbyter. 78. dist. ibi enim hoc est ex-  
presum,

pressum, hic contrarium per hoc verbum constitutum, vide extraug. rnam. de postul. preclar. in communibus, per quam hic tex. videtur declarari, ibi illum, qui 27. non attigerit annum ad cathedralem postulari editio perpetuo prohibemus, & sic sufficit attingere: & ideo non requiritur annus completus.

& alias a idoneum

a Altas idoneum Adest, de iure communi, ultra frequentia hic requisita.

Primo hic requiritur, quod archiepiscopatus in hoc tex. ibi occurrente huiusmodi vacatio. &c. ibi dixi.

Secundò, requiritur quod vacet in regno, vel Delphiniatu, vel comitatu Dien. vel Valen. si ergo vacaret in prouincia, vel in Britannia, non procederet hic text. ibi in regno, &c. cùm ibi concordatum non sit receptum.

Tertio, quod ille archiepiscopatus spectaret, si electio fieret ad electionem, vel postulationem capituli, & canonicorum, alias si collatio vel electio ad alios spectare iure speciali, non habaret locum nominatio, quod probat hic tex. ibi, illarum capitula, & canonicis ad electionem seu postulationem. &c. ibi dixi.

Quarto, requiritur quod rex Franciae nominet, non Delphinus, vel alias, ibi, rex Francie, & supra in eodem verbo scripti.

Quinto, quod nominet Papæ, seu sedi apostolice, hoc elicetur ex tex. ibi, nobis & successorib. nostris Rom. pontificibus, seu sedi predicta nominare. &c.

Sexto, quod fiat Romano pontifici canonice intranti, alioqui si per violentiam, aut alias indigne intraret, nominatio idem fieri non debet, ex rex. legitur. ibi, canonice intrantium, ibi plenus scripti.

Septimo, requiritur quod nominatus per regem sit magister in Theologia, vel in ea licentiatus, aut doctor iurium, seu in altero, vel licentiatus, nec sufficeret quod esset baccalaureus etiam formatus, vel utriusq; iuris, vel doctor in medicina, cum tantum hic admittat doctores, & licentiatos

magistrum seu licentiatum in theologia, &c. quod non procedit in consanguineis regis, & alii ibidem descriptis in vers. consanguineis, infra eod. ibi plenus elucidatur.

Octauo, quod sit grauis persona, honestitas, & non leuis capitatis, vel iudicii, in tex. ibi grauem, &c. & ibi declarauit.

Nono, quod rex nominet unum, non duos, ibi, rnum, &c. alioqui dic, vt in gl. vni. in §. i. de col. infra. & supra dixi in verbo unum.

Dicimò, quod sit graduatus in universitate, ergo graduatus sub bulla nostra posset nominari, vt probatur in tex. ibi, universitate, vbi dixi.

Vndecimò, quod illa universitas, in qua sumpsit gradum, sit famosa, ut in tex. ibi, famosa, &c.

Duodecimò, quod in universitate regni, ut supra dixi in verbo universitate.

Decimotertio, quod sit examinatus, ibi, cum rigore examinis, si ergo aliquis esset sine examine factus, caligatus doctor, non gauderet hoc priuilegio nominandi. ibi, probat text. cum rigore examinis. vbi dixi. facit tex. in c. qui episcop. us. vñ. sonatoria distinct. vbi sic inquit text. qui episcopus ordinandus est, antea examinetur, licet de alio examine loquatur, de quo infra, vers. 17. Quia magistri & custodes canonum dicuntur, ideo eos scire debent. c. cum quibus in fin. 24. q.;

Decimoquarto, quod talis nominatus faltem sit constitutus in 27. sue etatis anno ibi, in 27. sue etatis anno ad minus constitutum. &c.

Decimoquinto, quod fuerit nominatus intra sex vel nouem menses, ut infra patetur in hoc text.

Decimosexto, quod nominatio regis procedat proutioem Papæ, in infra vers. alioqui ibi, precedente nominatione. & in §. seq. in verbo expectata, quamvis Dayma duo requisita tantum ex tex. eliciat, etatem vide licet, & gradum, sed ponderando celebrius text. vides alia multo plura. Et hodie per regis edictum & declarationem non valet nominatio regia, ob fraudes vitandas, si intra sex menses non fuerit Papæ presentata, & expedita: & ideo secunda

O O O

Postea valebit, vt audiui esse in magno cō-  
ſilio publicatum non tamen vidi.]

**R equis tra** Decimo septuaginta, requiritur quod aliás  
in episcopo fit idoneus, scilicet de iure communī, &  
de iure.

quando dicatur idoneus de iure communī, declarat tex. in e. qui episcopus 2. dist. cu-  
ias verba sunt, qui episcopus ordinandus  
est, antea examinetur si natura sit prudēs,  
docilis, si moribus temperatus, si vita ea-  
fus, si sobrius, si pervergat, si semper suis ne-  
gotiis cauens, si humilis, si affabiles, si mi-  
sericors, si literatus, si in lege domini in-  
ſtructus, si in literarum ſenſibus cautus,  
vel acutus, si in dogmatibus ecclesiasticis  
exercitatus, & ante omnia si fidei docu-  
menta verbis ſimpliſcib. aſſerat, &c. Hodie dice-  
bat quidam hos verbiſ p̄ſuſiliſbus quibus-  
dam conuenire.

P̄ſuſilanat marchian plusquam diſtingue-  
re Marcum,

Plus amat & lucrum, quam facit ipſe Luca.

Item non debent nominari, qui in hæ-  
sim lapsi ſunt vel defectum membrorum  
haber, vel fornicarias, ſeu concubinas ha-  
buerunt, ſeu qui ambitu honorem qua-  
runt, qui honorem muneribus obtinere  
moliuntur, qui à defectoribus in ſacerdo-  
tium eliguntur. hec & alia deſcribuntur in  
cap. fin. 51. diſtinguit. Nullus etiam per ambitu  
ad episcopatus honore permittatur  
accedere. cap. nullus itaque. 1. queſtio. 1. ſed  
debet quodammodo inuitus promoueri,  
meritis tamen ſuſfragantibus. cap. in ſcri-  
ptis. 8. queſtio. 1. Itaque caſtus, & humili-  
lis, noſtri temporibus eligatur episcopus,  
vt locorum quoque peruerſerit omni-  
a vita proprie integratate purifiet, non  
preſio, ſed preſcibus ordinetur antites, ta-  
tum ab ambitu debet eſſe depositus, vt  
quaeratur cogendus, rogarus recedat, in-  
nitatus effugiat, ſola illa ſuſfrageretur ne  
cessitas excusandi, profeſto enim indi-  
gnus eſt ſacerdotio, niſi fuerit ordinatus  
inuitus, rex pulcher. in l. ſi quinquām. C. de e-  
pisc. & cler. Berthach. in traſl. de episc. in 1. par-  
te. 2. li. non enim nomen facit episcopum,  
ſed vita. c. plerunque. 2. q. 7. & ſicut dignitate  
præcellunt, ſic & religione debent aliis  
præminere. Vt or verbiſ tex. in cap. multa.

**Caſtus &**  
ſine ambi-  
tu ſunt epi-  
ſcopus.

in ſin. ne voto. vnde hiſ verbiſ dicit Barb. in-  
literas. col. ſ. de iura. cal. vtinam regnaret illa  
antiqua bonitas, que nihil ambiebat, ino-  
donata recuſabat, nec valuit episcopus  
Bononiensis tunc temporis inuenire ali-  
quem, qui vellet acceptare canoniciatum  
illius ecclesiæ cathedralis extra vnum fa-  
torem clarum & honestum virum, hodie  
inuenirentur ferè tot acceptantes, quo in  
orbe figuræ, vide per Alua. in traſl. de plant.  
ecclesiæ. l. 1. c. 69. & per Petr. Falz. in ſuo traſl. de  
appel. p̄ſuſil. plenē profeſetur. Itē natuſ ex  
illegitimo matrimo. etiā non eſt idoneus.  
cum in cundis. in princ. de ele. vel patiens al-  
quem defectum ex hiſ quoſ ſcripſi in traſl.  
de pacifico. poſſe. in 4. l. min. r. uide etiam in epo-  
l. ad Tim. 3. ca. & ad Titum. 1. c. 5. in Prog. ſuſ-  
lit. de ele. ſ. deinde vero, ſi fuerit nominatus  
liquis non idoneus poterit per Papam re-  
cuſari, vi in hoc tex. habeat. [Sed tunc ne  
interdum lupis potius quam patoribus  
committantur, ſed quid gratius, quid in-  
tolerabilius, & periculosis, quam ut de teſ-  
lupus loco patoris, diſpator loco tutoris,  
homicida pro medico, tyranus pro de-  
tore, iniuricus pro aduocato. & hoc exprefſi  
ſcribit Panor. in c. de ele. l. 2. col. 2. de excep. per  
ne pro defectu. de elect. ]

Vltimō, nota quod antequām p̄ſuſil. in hoc regno habeat exercitū in iure praefati  
lature, ſolet p̄ſtare iuramentum fideli p̄ſuſil.  
tatis regi Franciæ. de. una. & ibi Bonſac. noſ. 3. de  
u. ſ. porro. de iurevir. & in annis. ibidem. ſuſ. 10.  
dicunt Bald. quod per hoc iuramentum cle-  
rius non cincicat ſubiectus laico, vel eius  
debtior, nempe qui iurant ratione ordina-  
rie in iurisdictionis, vt p̄ſuſil. non dicuntur  
vassallus, ſed domini iurisdictione, dominica  
& in capita, quia non faciunt pro ea al-  
quod ſeruitum notabilis quantitat, ſed  
ſolius recognitiōis. ca. indiguum. derig. in  
Bald. in rub. de iud. nu. 15. in prima leſionade  
cretar. id est. Adriana 63. & per extra ragionem  
iuncta de elect. in communib, que om-  
nia notes, quia non paſſim taſta inuen-  
ies.

intra ſex menses. a

a Intra ſex menses.) Hic additur ad m.

tempus re nepro defectu. de elect. vbi electio in his manibus in ioribus dignitatibus intra tres menses fieri debet. c. postquam so. dist. c. obeunib. 63. libonibus dist. sed hic dantur sex menses regi ad noctis collatio minandum ratione loci distantis longe à uero. & Francia, intra quos si non nominauerit, vel inhabilem, adhuc intra tres menses non innare poterit, resequitur inex. Ita ut patruus clericus intra sex menses praesentare tenetur. laicus vero patronus intra quartuor. utrumq. pr. bater in c. uno detine pano in 6. qui computatur à die notitiae vere vel presumpta Rotadec. 203. si proper. in suis gloss. in verbo computandum. q. vii. um. de coll. in Prag. lo. de Selua in tracta. de beneficio. in parte qu. 59. vel à die quo de novo constructa est ecclesia, vel consecrata. Fede. cons. 229. casu talis est testor. facit cle fin. de reser. ib. dicit. Et mandatarius ratione clausula motus proprii habet decem dies ad eligendum beneficium pinguius, tuxta. cap. piul. si pluribus de preb. in 6. optio intra viginti dies fieri debet. cap. fin. de consuetu. in 6.

de collatio Alia vero beneficia regulariter conferri debent intra sex menses, alioqui collatio ad proximum superiorum deuolutum. ca. 2. de concess. preb. & ibi dixi. Et tam primus collator hos sex habet menses, quam quilibet alius altos sex menses per ca. fin. de sup. plen. neg. preb.

Idem in electione, vt intra sex menses, nisi in maioribus dignitatibus fieri debeat, tradit Pan in c. cum nostris per illum textum. in 2. not. & c. dilectus, & c. postulatus. in 3. nota. de concess. preb. Item conferri per id tempus debent tam per episcopum quam per alium collatorem. Panor. in d. c. cum nostris, etiam si collator fuerit exemptus cle. vna de supp. neg. preb. etiam si iure deuoluto conferat. d. c. 2. & ca. licei ibidem, siue collator sit in diocesi, siue extra. c. nouis de offi. leg. etiam si fuerit in curia. loav. And. in c. si apostolice. de preb. in 6.

Legatus vero tandem poterit conferre, quandiu ali prelati sive legationis iure proprio vel deuoluto possunt, sed si collatio sit deuoluta ad prelatum extra legati collationem existet, tunc poterit le-

gatus conferre, donec sit deuolutio facta ad Papam. Imol. & alii. in d. c. 2. 55 d. ca. licet. Ioan. Selua. in tract. de benef. q. 54. in 3. parte. Brunellus in tract. de digni. lega. q. 10.

Papa vero cum non habeat superiore rem qui possit supplere eius negligentiam, et præstitutum non est aliquid tempus præstitutum. ca. cum enim ad causas nostras. de concess. preb. c. aliorum 9. q. 3. nisi in f. rendu rebus beneficis vacantibus in curia, quae si non paterit, nec conferat intra mensem, poterit is ad quem sus executa spectat collatio, conferre Papa non excludit. rt. 10. c. statutum. de prob. lib. 6. item Papa executor non est iure præstitutum tempus ad conferendum, si non fuerit eius potestas limitata. cle. 1. de concess. preb. glo. & dicit. in d. si de beneficio de preb. glo. in q. visum in verbo respectu. de coll. quod tempus non currit, quando collator o dinarius esset impeditus. cap. quia diversitate. de concess. preb. idem si non inueniret idoneum glo. in c. bene nouis. c. dicit. & in §. in eccl. in verbo poterunt. de coll. in prag. quod in regno non posset allegari, cum in eo bene multi periti reperiantur, vel quando lis super collatione duraret per annum, & potesta per sententiam fuerit dictum collationem ad talen N. &c. pertinere, is adhuc poterit intra sex menses conferre cum tempore litis non fuerit negligens, non curret eidem tempus, quod locus est in presentatione. d.c. quia diversitatem sic expressè consuit Feder. cons. 232. casu talis, &c. cui sententia subscribit per illa iura Panorm. & alii in capit. quoniam. & capit. cum propter de iure. tract. parte. 6. q. 53.

In institutione quippe non est certum tempus à iure præstitum, sed si is ad quem pertinet institutio fuerit negligens, poterit superior eidem præstituire terminum ad instituendum glo. in reg. can. 40. Pan. in d. c. 2. Roch. de curte. in tract. de iure par. in verbo honorificum. q. 25. & Paul. de ciuitatis in co. tract. parte. 6. q. 53.

Idem in confirmatione, vt is qui debet De confir- confirmare non habeat à iure certum præ- matione.

tempus datur ad petendum consecrationem, quod computatur post confirmationem obtentam. c. quoniam. 75. dist. c. quoniam. 100. dist. idem ad petendum pallium. c. i. 100. dist. idem in permutatione, ut superiori non sit præfixum tempus ad eam approbandam. gl. in d. §. risum in verbo respectu, in prag. & Nicol. Milius. in verbo beneficium. qu. 56.

Item quando non est certus præbendarum numerus, potest conferri præbenda post sex menses. c. ex parte. de conce. præb. gl.

De collatio  
ne hospita-  
lium.

*in verbo, tempus, in d. §. risum* idem in collatione hospitalium. Ut certum tempus ad prouidendum illis non sit præfixum. tradit Fede. desenit. intrat. de permitt. benef. 29. & 64. Feli. in c. de quarta. col. 4. de præser. lo. de Selua. in d. 3. parte. q. 64. intellige ut traditur per iex. & not. in cle. quia contingit. de relig. domi. quando hospitale non datur in beneficiū, vt dixi in tract. nomina. q. 15. vers. 6. nn. 12. & seq. alioqui sicut beneficium conferri debet, & intra sex menses. per d. c. 2.

Nomina-  
tis intra  
sex menses beneficium requirere debet, a-  
s & menses alioqui excluditur ab illo beneficio, non à  
requirere suis nominationibus. gl. in c. item quod vi-  
uerias. in verb. scilicet de coll. in prag. dixi in  
tract. nominatio. q. 17. in prin. & sic luummatum  
habes iura quod tempus beneficia confer-  
ri, vel de illis prouideri debet, quæ nota.  
quia alibi non sic iuuenies breui descripta.

Postremo figendum est menti, quod eo  
casu quo episcopus non valet conferre,  
vel proutidere de beneficio, vt pote quia est  
referatum, vel deuolutum ad Papam, si  
non sit aliquis, qui interim valeat illis be-  
neficiis prouidere, poterit episcopus de-  
putare administratorem idoneum, donec  
per Papam fuerit prouisum. arg. c. regenda.  
10. qu. i. hæc est pulchra decis. Panor. in cap.  
cum nobis olim. vlti. nota. de elect. quam sequitur  
Probus in addi ad lo. mona. in c. 2. in fin. de  
præb. in 6 & est notanda, quia episcopis v-  
tilis.

à die vacationis a ecclesiarum  
carundem computandos nobis b  
& successoribus nostris

a Adie vacationis computandos.) Típus cu-  
Etiam si non haberetur notitia vacationis, ratiocine  
quia quando lex exprimit, vel alia consti-  
tuatio, vt tempus computetur à die vaca-  
tionis, vthic, tunc stabilitur dispositioni cō-  
stitutionis, etiam extra notitiam. text. est confirmat  
formalis in c. statutum de præb. in 6. cuius lo. n.  
Day. memorem non fuisse miror. & ibi gl.  
singula. dicit currere tunc tempus igno-  
ranti, quando fuit statutum in fauorem, vt  
hic, videlicet in fauorem ecclesiarum re-  
gnante diu videntur, & ne gregi dominico  
diu desit cura pastoris. c. oblate. in 6. de ap-  
pell. securus quando tempus fuit statutum  
in odium negligenter, tunc ignorantis non  
currat, quia non est negligens. cap. quia de  
conce. præb. quia tex. decepit lo. Day. &  
pri-  
mæ tentia fuit Pan. in repe. c. cum c. 6.  
col. pl. de test. & omnes. doct. in d. c. statutum  
facit ca. placuit. 2. ibi à die conuentiorum. 16. q. 3.  
& l. eos. ibi, à die condemnationis. C. de yu. et  
tud. l. in dothib. de dore. caut. ibi, à morte mari-  
ti. vel mulieris, v. d. misione repudii. & quia  
sit ibi à die tempore presentationis habuimus de-  
lect. in 6. licet canon. thi. infra annum a fin. con-  
mis. regnum tempore numerandum. ibidem.  
l. fin. C. de posthu. here. institut. l. hæc oratio. fi-  
quib. ad lib. procla. non licet. L. quinque agmina de  
excus. xut. l. i. §. quod dictum est. de separa. l. ait  
prior. §. annus. ibi, ex die renditionis, que in  
fraud. cred. l. mariti §. sex mensum. de adult.  
& l. quinque annum. ibidem. l. annus. de requi-  
rend. reis.

Item hic bis repetitur computari tem-  
pus à die vacationis, ergo ita geminato  
declarationem saltem operari debet, max-  
i. balista ff. ad treb. & longa est diff. cœntia si  
al signetur tempus certum, ad constituen-  
dum aliquem in negligencia, vt pote quod  
intra sex menses debet beneficium con-  
ferre, & tunc tempus quia simpliciter pro-  
fertur, debet intelligi à die notitiae, & sic et  
iam c. 2. & c. quia de conce. præb. & alia iura  
loquentia de tempore simpliciter, aut iura  
loquentur quicquam esse faciendum in-  
trasex menses à tali tempore computan-  
dos, vt pote à die vacationis, & tunc no-  
rimus notitiae regulariter, vthic. & de statu-  
m. alioqui coditores dixissent à die notitiae.

*ad ardentiam de decimis.* Item quia expressum est hic, ideo faciet celsare tacitum. *i. ff.* C. de dare prmiss. l. cum filio. §. filio ff. devulg. & in certis non est locus conjecturis. l. continuus. §. cum ita ff. de verb. oblig. hic certum est computari à die vacationis, ergo non à die scientiae. & sic patet istos sex menses computari à die vacationis, etiam ante notitiam, alias esset loqui contra hunc text. expressum dicentem computari à die vacationis. Item quia pro certo habuerunt cōditores, quod intra sex menses rex bene poterit scire, quod si ignorauerit, habet adhuc tres alios menses, intra quos si non nominet, imputetur ei, nam diu vacarent ecclesie Francie, & lupus tempore vacationis triumpharet, *ut dicit Bald.* in c. ne pro defectu de elect. ideo constanter dicimus hos sex menses à die vacationis computandos. Fallit quando rex esset iusto impedimento detentus, vel sedes vacaret, quia ei non valenti nominare, non curret prae scriptio. arg. l. r. n. c. C. de am. except. not. in d. c. quia quod an fuerit iustus, relinquetur arbitrio boni viri, extra illa que sunt à iure expressa. gl. in c. si quis iusto. delect. in 6. vide glos. in verbo impedimento. §. i. de colla. infra. & dies vacationis non computatur. glos. in d. cap. statutum. & in l. d. i. §. fin ff. de act. emp. doct. in cap. super eo. in 2. de appell.

b Nobis.) Ergo hæc nominatio non potest fieri alii quam Papæ, vel sedi Apostolice, ut infra dicitur, nec etiam legato à latere, cum a sede apostolica differat. cap. si apostolice sedis. de preb. in 6. & filegatus posset per eidem omnia quod Papa, non esset differentia nisi nomine, & multo lessent Papæ, ad verbum refert Bald. in cap. i. de offic. lega. Ied poterit hæc nominatio fieri succelloribus Papæ eo mortuo, si tamen cederet dignitati, iuxta cap. i. derenun. in 6. nominatio fieri deberet successori, quia retinuit sibi tanquam pontifici, ut supra eo. ibi in manibus nostris & successorum nostrorum Rom. pontif. canonice intravium, & sic tanquam successori in pontificatu, non tanquam successori honorum per c. si grariose. deferit. in 6. Et probatur hic & successorib.

nostris Romanis. pontifici.

Nec etiam vacante sede potest nominatio fieri collegio Cardinalium, tum quod hæc verba non congruunt, tum quod collegium non possit conferre. c. 2. ne sede vacante cle. ne Roma. in prim. de elect. Ad haec si collegium Cardinalium hoc posset, forte different prouisionem Romani pont. vt aliquam utilitatem ex his nominationibus haberet, quod est prohibitum cap. ibi p. riculum. de elect. lib. 6. & quia collegium cardinalium sede vacante non succedit in his quæ sunt ordinis, vel iurisdictionis Papalis. d. cle. ne Romani. vbi Bonif. dicit eo elie, quia cum celeritatem desideret provisio sedis Apostolice, vt eidem celeriter provideatur omnis materia est amputanda cardinalibus, per quam nollent, aut different, aut non possint facere electionem, argu. l. i. ff. de dann. infect. nisi forte instaret summa necessitas, vt quia non permettere retur eidem cardinalibus eligere Papam, & tunc forte possit nominari collegio cardinalium, vel si duo essent in discordia electi, & nesciretur uter eorum esset verus pontifex, nam necessitas facit licitu, quod alias est illicitum. cap. si quis propter de fuit. cum multis congettis per Gerard. sing. ultim. & multa ego ipse addidi ad l. i. ff. de oj. cons. ita tradit hic Dayma, quem video, vel forte melius est tenere capitula posse tunc eligere, vt occurratur diuinæ vacationi. de qua in cap. quan sit. de elect. in 6. haec declaratione conditorum indigerent, sunt enim supra caput.

Romanis pontificibus, seu sedi prædicta nominare, a & de persona per regem b huiusmodi nominata per nos, & successores nostros, seu sedem prædictam prouideri. c. Et si contigerit d præfatum regem

a Nominare.) Intellige, debeat, quod verbum est infra positum. certe si rex nominare velit, debet sic qualificatum nominare, tamen non tenetur nominare, si nolit, quia ad factum præcisè quis com-

O O O 3

*An collegio  
cardinalium  
nominationis  
fieri sede  
vacante per  
regem pos-  
sit.*

pell non potest. I. si quis ab alio ff. de reiud. & stipulationes non diuiduntur. de verb. oblig. sed si non nominet lapso tempore Papa prouidebit, prout statuitur hic. [ Et utilius forte esset animabus, si spiritualia spiritualibus relinquerentur, & temporalia recte administrarentur ab ipsis secularibus. & non miserearentur sacra prophanis. ]

b Per regem.) Ergo per aurum vel argentum non debet quis nominari, sed per regem Francie, vthie habetur, permitat ergo quilibet, vt rex libere nominet, no verò instigatus per alios, sed spiritus sancti nutu hoc faciat. argentum enim vel aurum pro nominatione rex nuncquam recipere, sed de altantibus quibuldam dabitandum est, ideo hic tex. dicit per regem, & non per alium. Quid si rex esset pupillus?

**Rex pupil-lus?** Responde si maior sit infante, requi-lus, an & si ipso prius consilio (si suæ conscientiæ pro quando no-uidere velit) sui confessoris, tatoris, & minare posse præceptoris, is ipse poterit nominare in-

star patroni. de quo per Pan. in cap. fin. de con-  
fes. prob. si minor infante fuerit, canonici interim liberè eligent, cum hic sublatæ sint  
electiones in fauorem regis, si ipse non  
nominet, ecclesia regni eligere poterunt,  
cum habeant electiones, nisi regi nominata-  
re, vt supradict. proxii. dixi. in prim. vel tutor  
instar patroni, nomine tamē regio nomi-  
nabit, pere que dixi in tract. nominationum.  
q. 17. num. 20. scribitur Ecclesiastes 10. cap.  
in fin. Vnde tibi terra, cuius rex puer est,  
&c. prima tamē ecclesiæ utriusque tenenda  
potius est.

**Intrusus est c. Prouidéri.**) Adder verbum debeat,  
qui recipit quod est infra, quia Papa debet prouidere  
fructus an-nominatio per regem, si sit doneus, & qua-  
ze Papa pro liscatus, alias Papa poterit eundem recu-  
sationem. vt sequitur.

I. Et sic ex isto tex. paret requiritur Pa-  
pa prouisionem, alioquis si à rege nominata  
recepere fructus episcopatus ante Pa-  
pa prouisionem, aut abbatiæ, seu priora-  
tus, amittit ius nominationis, & dicitur  
intrusus, quia sine titulo valido fructus  
recepit. tex. in c. auaricie. de elect. in 6. inde  
poterit rex postea alium nominare, cum  
sit sua priuatus nominatione, & iure,

sue fructus receperit sub manu regia, si-  
ue tanquam procurator, vel alio colore,  
vel aliter se ingesserit administrationi per  
illam tex. & ibi abunde doct. scribunt.]

d Contigerit.) Fato vel alias quo-  
modocunque. I. §. ff. de leg. 3. siue scien-  
ter, siue ignoranter, cum hinc text. genera-  
liter loquatur, & indiscretè, tamen quia Pa-pa hoc  
concessit regi, quæ concessio parvus atemp-  
tus commine: & ideo & hec in intellige-  
re, quo aliquid addat, vt in simili tradit  
Bart. in l. 4. §. prætor. ff. de don. infel. Item  
quia Papa referuerat sibi approbationem  
personæ nominatae, ergo quodcumque  
modo nominauerit rex primum, habebit  
potest illius recusationem à Papa tres alios  
menses. Præterea patronus laicus potest  
variare, licet præsentauerit indignum, &  
quid autem de se par. fortius in rege cui  
expressè per hunc text. concessum extitit  
per viam contractus, huc accedit quod ex  
præsentando scienter, non qualificatum,  
arbitratus Papam velle cum illo per cum  
nominationem dispensare, si ergo non possit  
cum nominare, videatur iniquum, & ni-  
hil prodest ista concessio, vt alium nomi-  
nare possit, denique antequam rex pre-  
sentaretur secundum, oportet quod iura-  
ret scienter, an ignoranter præsen-  
tum primum, ad quod iuramentum text.  
eum non astringit, igitur nec ego regi  
ad id astringam item non inuenio in hoc  
casu penam statutam, ideo ego nosta-  
tuam, & dicitex. n. l. at si quis. §. duas. f. &  
relig. & sumpt. fane. Nec est aliquæ confi-  
tutio tale quid dicens. §. cum ignor. in as-  
then. de non eligend. secund. nub. collat. 2. nec  
Papa hoc dicit, ergo non est notandum  
dare. I. si seruum. §. prætor ait. ff. de æquinen-  
hared. nec poenam priuationis extende-  
mus ad calus non expressos. gloss. in cap. fin.

Nec refragatur primo quod elientes  
scienter in dignum sint priuati prima e-  
lectione facienda. c. cum in cunctis. §. fin. de  
elect. cap. cum Vintonien. ibidem. ubi Panorm.  
not. vt. Idem in nominatione videtur  
secundum, vt nominatas scienter indigna-  
tis pri-

reproba-  
tio  
nem  
senten-  
tia loan.  
Dayma.

fit priuatus potestate nominandi pro primavice, ut dicunt nostri, & sic concludit Ioann. Dayma, in verbo computandos, quod non est verum: nam hic expressum conceditur, ut si rex nominauerit non qualificatum, quod possit alium nominare, sed in electionibus & aliis non sic permittitur, immo prohibetur, & priuantur, ut dixi eligentes potestate eligendi, & contra suam sententiam est text. in cap. perpetuo de elect. in 6. vbi sunt hac verba perpetuo sanctionis oraculo declaramus: quod scienter in electionibus nominantes indignum, propter suffragium in scrutinio praestitum, nisi adeo in eo persistenter, quod ex votis eorum electio subsequatur, nequam potestate eligendi priuatum, sed rex nominando scienter indignum, si postea nominet alium, non persistit in prima nominatione, ergo non erit priuatus potestate alium nominandi, etiam de iure.

Nec me mouet quo rex non debet ex suo (vt dicit loan. Dayma) dolo reportare cominodum. c. sedes. & seq. de rescr. respon. non potest notari dolus malus in permis. l. i. §. non fuit ff. de dolo. quia quid sit legitimè nullam meretur poenam. l. Gracius. C. ad leg. Iul. de adult. sed rex secundo nominat hac constitutione permittente, ergo non potest in eo notari dolus, nec meretur poenam priuationis, etiam si nominauerit scienter inhabilem: sed conscientia sua caueat, si alium indignum nominauerit. Et sic constanter teneo contra Ioan. Dayma, contrarium asserentem in gl. vlt. cui per prædicta sufficienter responsum esse arbitror, & ita est mera veritas iuri & æquitati consona, videlicet quod rex Francie possit nominare secundum, etiam si primo scienter nominauerit inhabilem, quem Papa recusavit, alias de nihilo prodebet ut secundum posset nominare primo recusat, vt prædicti.

personam taliter non qualificatam & ad dictas ecclesias sic vacantes b nominare nos & suc-

cessores, seu sedes & huiusmodi

a Non qualificatam.) Id est, non habentem qualitates requiras supra, <sup>Quis dicatur  
ut qualificatur  
causa</sup> quod tradidi in gloss. alias unde dicitur qualificatus, quasi factus qualitatis requisitus, & ideo nominatos rite & graduatos vocamus qualificatos, quando habent qualitates requisitus in his concordatis. §. præfatiq. ordinarii. §. si quis verb. §. volumus. & seq. de coll. infra quae sunt notanda ad declarationem illius tituli.

b Vacantes.) Ergo ad vacaturas non potest res nominare, nec illas debet promittere, ut dixi supra eo. in gloss. occurrente vacatione. & in gloss. alien. fait. supra in proximo.

c Sedes.) Et sic Papa non debet præuidere indignis, ut hic, & mirabile videtur contineat iste tex. cum sedes ipsa sit res inanimata voluntate carens, sive beneplacito: teste Archid. in cap. si gratiosè. col. 2. de alia. re/cris. in 6. & tamen potest prouidere, ut hic: sed dic quod sedes aliquando capitur pro dignitate. §. si igitur in authentic. re iudic. sine quoquo suffrag. collatio. 2. que non moritur. dicto. cap. si gratiosè. Nam licet habens Papatus sit corruptibilis, tamen Papatus, imperium, & dignitas, semper sunt, nec corrumpuntur. cap. cum venienti, de inf. l. proponebatur ff. de iudic. Ioan. Monach. & Archid. in d. cap. si gratiosè. de sede Apostolica, imperiali, regali, cardinalium, patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, & aliorum, ab unde scribit Ioan. Francisc. in tracta. de offic. & potest. capit. sede vacan. in 6. prelud. scripti. l. in lege censoria ff. de verbor. significatio.

Quærebat aliquis num magis peccat rex nominando indignum, quam Papa recipiendo? magnus se iudice quisque tuerit. Primo, quod rex magis peccet, probatur, quia fons peccati est, & origo: ut in simili dicitur per Hoytien. in Summa. §. fin. vbi dicit eligentes ita ratione magis peccare, quam confirmantes. Item in Euane-

*Evangeliū dicitur, quī me tradidit tibi, manus peccatum habet, & sic qui nominat manus habet peccatum, quia tradidit Papæ, & Papa de illo confidit. Tertiō qui nominat indignum, contra conscientiam agit. cap. perpetuo. in fin. de electio. in 6. verba ipsa subiiciam, licet pro eo quod indignum nominando scienter contra conscientias suas agant, & diuinam vindictam, & apostolicae vltionis metum non immerito posse sunt reformidare, & presumunt scienter nominare, cum cognoscere eum debet regul. qui cum alioff. a reg. iur. saltem per relationem boni viri. gloss. int. mulieri. f. de condicio. & demonstrat. gloss. in cap. cupientes. in verbo nominam. de electione. in 6. Bald. in patrono, vt videatur scienter praestare indignum: ita scribit in cap. cum vos col. 2. de offic. ordin. & qui eligit aliquem ad beneficium, vel officium, presumitur ipsum habere notum. Bartol. in l. si patrus. f. de confirmat. tut. Decisi. in cap. cum in cunctis. §. fin. in princ. de electione. unde Imperator. in §. 1. in authen. quonodo oport. episc. coll. 1. his verbis fatur. Sancinus igitur sacras per omnia sequentes regulas, dum quispiam sequenti omni tempore, ad ordinationem episcopatus adducitur, considerare prius oportet eius vitam secundum sanctum Apostolum, si honesta & inculpabilis, & vnde ir reprehensibilis sit, & in bonis testimonium habeat, & sacerdotem decens, &c.*

Imo videtur, quod Papa plus peccet, quia maior plus peccat quam minor. cap. inter. §. fin. de translat. episcop. ibi, & quamvis idem archiepiscopi tanquam maiores plus exessere in premis, &c. Secundo qui perfecit delictum. magis tenetur, quam qui incepit, Nam Celsus scribit in hac verba, Si alius mortifero vulnere percussus est, alius postea examinaverit, priorem quidem non teneri, quasi occiderit, sed quasi vulnerauerit, quia ex alio vulnere periret, & posteriorem teneri, quia occiderit. l. item Mela. §. sed & si feruum. per. Celsus. f. ad leg. Aquil. Tertiō, Papa potest non admittere nominatum à rege indignum, ergo si admittat magis peccare videtur.

Dicam cum Marone, Non est nostrum inter vos tantas componere lites. [sed] uterque sibi caueat, quia de his redditari sunt Deo exactam rationem, ut plene scripti in interpretatione. cap. postulatis. in gloss. de elet. excommunicatio. minister. & teneatur de omni damno & dispendio, quod per eos acciderit. cap. Valentianus. ibi. gl. 63. dist.]

de persona sic nominata eidem a ecclesiis minimè prouidere debet. b Sed teneatur c idem d rex infra tres e alios menses à die recusationis f personæ nominatae non qualificatae iocitatoris no-

a *Eisdem ecclesiis.* ) Ergo de aliis ecclesiis poterit Papa isti nominato prouidere, quia si non sit habilis ad episcopatum, vel archiepiscopatum, erit fortè habilis ad beneficium simplex. Anon. in cap. ex ratione. col. 1. de xtra. & qual. vel ad alium non requirens tot qualitates, sicut praelatura. de quibus supra dictam extim. & tradunt doct. in cap. cum in cunctis. de elec. ideo hie text. expedit eidem ecclesiis.

b *Debeat.* ) Et sic à contrario consenseru Papa debet prouidere nominato à Rege, quando est qualitas requiri per hunc text. alioqui contractus non seruatur, quem non seruare non est egregii animi, ut dixi in prefat. ad rubr. de coll. infra, & si alteri prouideret, nulla esset prouisio, ut pater infra in vers. decernens. Et posset rex resiliere illi prouisio facta per Papam. Innocent in cap. quod sicut de electione. refert & sequitur gloss. in regula. cap. 40.

Quid si Papa nollet admittere nominatum de idoneo factam? possit fortè rex nominare aliquem illi capitulo, quod nominatum episcopum poterat ante hæc concordata per regum eligere, & tunc capitulum eligit illum non resipit quantum nominatio facta Papa, vel dum forte capitulum tunc poterit liberè eligere,

gere, quia electio non sit contra qualificatio-  
nem hic positam. & in rebus de clementibus in-  
fra eo, afferuntur electiones factae contra  
præmissa, id est, quando rex nominavit, &  
Papa prouidit, non ergo si alias factæ sint,  
id est quando Papa non prouidit, ut hic  
quod cogitandum relinquo, super his quippe  
effari periculosest, cum nec caput  
nec pedes habeant.

c. Sed teneatur. ) Sivelit ex sua nomina-  
tione prouideri ecclesiis, & teneret in-  
tra tres alios menses, post non, & ad hoc  
refertur verbum teneatur hic possum, non tamen tenetur rex nominare, si nolit,  
vt supra dixi.

*Vacante  
sede ad  
quoniam  
det bene-  
ficii col-  
lata.*

Sed dubitaret quis, ad quem spectet va-  
cantium beneficiorum collatio, interim  
sede vacante, responde si rex iure regali  
habuerit priuilegium conferendi, vt in qui-  
busdam habet episcopatibus, in illis pote-  
rit conferre beneficia episcopatus, vel ar-  
chiepiscopatus, per c. generali de ele. in 6. Si  
autem iure regali hoc sibi in fundatione  
velalias ex priuilegio concessum non fuerit,  
sed tantum quod vacante sede illos capiat fructus, vt futuro referuerentur succe-  
sori, tunc conferre non poterit: sed Papa,  
aut legatus, tunc conferret, vel archiepi-  
scopus post sex menses iure devoluto. c. 2.  
de concess. preb. Et quamvis capitulum suc-  
cedat episcopo sede vacante, tamen benefi-  
cia conferre regulariter non poterit. c. illa,  
ns. sede vacan. nisi vt dixi in tract. nomina-  
tio. in collatione necessaria.

Dicito ide  
quoniam  
capitular.

d. Idem rex. ) Etiam eo mortuo aliis.  
Nam idem dicitur, sicut idem populus Pa-  
risiensis qui abhinc milie annis fuit. l. propo-  
nebatur. f. de iudi. quia dignitas non mori-  
tur. c. s. gratiosè de rescrip. in 6. maxime rega-  
lis Francie dignitas, que diuinitus est in-  
stituta, & diuinus conseruatur, & dictio  
idem potest referri ad genus, vt in l. 2. in pr.  
& ibi doct. scer. per vbi in mutuo, idem in ge-  
nere debet reddi. Aliquando refertur ad  
speciem, & in dubio. Bart. in l. hoc leg. un. ff.  
de leg. 3. Quandoque dicitur idem numero,  
vthie, & in d. l. proponebatur, & per hoc ex-  
cluditur alias extra regem, vt supra dictu

exxit. [vide quid si rex moriatur post pre-  
sentationem, seu nominationem, per Bal. in  
c. cum adeo in prin. de rescrip.]

e. Tres alios menses. ) Quos rex habe-  
bit, quando non qualificatum primo no-  
minauit, qui fuit per Papam recusatus, si  
tamen prima nominatio per regem non  
fuerit plenum sortita effectu, vt pote quia  
nominatus (quod raro conuenit) confen-  
tire recusat, vel post consensum renunciat  
iuri suo, aut forte diem clausit extremum,  
seu propter occultum eius vitium nomi-  
natio irritatur, tunc rex intra alios sex mē-  
ses nominare alium poterit, ac si vacatio  
noua esset. text. elegans mc. s. delect. in  
6. Nam correctionem iuris non debemus  
facere. l. vna. C. de inoff. dotib.

Nec refragatur, quod si episcopus vel a-  
lius habens potestatem nominandi vnum  
canonicum in prima sui creatione, si no-  
minauerit vnum, qui acceptauit, & poste  
renunciavit, non poterit iterum nomina-  
re, postquam nominatio est semel sortita  
effectum. D. Rot. dec. 22. nota quid vbi ordina-  
rius. in antiqu. & Fel. in c. innouanus. col. 2. not. 5.  
de reuega, quia debet intelligi quando ille  
habebat potestatem nominandi vnum tā-  
tum, secus quādo datur facultas nominan-  
dis semel, & iterū, vt hic, tunc poterit iuxta  
potestatem datam nominare, successiū  
tamen, non simul, vt supra dixi. Item cām  
sint hīc taxati tres menses, vltra non habe-  
bit rex, etiam si primum præsentauerit in-  
tra duos menses, & adhuc superant qua-  
tuor menses de sex, qui primo præstituti  
sunt, tamen à die recusationis primi non  
dantur, nisi tres menses, vt hic.

f. Ad die recusationis. ) Ecce quoniam  
hīc nouissimi menses computantur, vi-  
delicet à die recusationis intimatae solici-  
tatori regis, vel alterius, vti in gl. seq. nec dies  
termini computatur in termino. gl. in c. sta-  
tutum de preb. in 6. & hic plen. Ioa. Dayma, tra-  
ctat. de dictione, l. Et intellige recusationis  
vnica, nam poterit rex nisi semel nomina-  
re à die recusationis, per hoc verbum recu-  
sationis, non recusationum, per l. bous. §.  
hoc sermone ff. de verb. signifi.

PPP

*Si nominatio fuerit inhabilitas, potest ecclesia se opponere.*

Quid si inhabibilis fuerit iterum ignoranter nominatus, qui non fuit per Papam recessatus, sed admissus, faciendum erit? Responsum notoria est inhabilitas, tunc ecclesia poterit se opponere. Nam hæc concordata sunt facta inter Papam, & sedem apostolicam ex una: & regem, & regnum ex altera, licet videantur Papa & rex consentire, tamen ex magna causa adhuc regnum vel vius ex regno poterit se opponere, & audire debet in magno conilio, sua inter sit gl. in l. rubem. §. Jan. in verbo, econtra. C. de favo eccl. tex. in c. si quis presbiterorum ibi, sed etiam sicut quibuscumque ecclesiasticis personis vocem contradictionis afferre de reb. eccles. non alien.

Feder cons. 9. super questionum. col. i. Fel. plenè. in c. cum olim. col. 2. de rufib. Papa quidem & rex non intendunt prouidere inhabilibus, si contrarium faciant, sunt circumuenci. Bal. in e. cum olim. dere indic. Et ij tres menses currunt regi, siue ipse sciuenter recusationem, sine non quis postquam recusatio est intimata solicitatori regis, is debet certiore facere regem, quod si non fecerit, imputetur regi. & de se queri debet, qui parum diligentem solicitatorem sibi afflumpsit. §. f. Inst. pro soc. prout dixi de aliis sex membris in gl. contigerit supra e. & si fuerint plures solicitatores, sufficit vni intimare. arg. L. de p. ap. 1. §. f. plurium ff. de nou. us. p. n. facit quod scripti in tractatu nominationum quest. 1. num. 62. quod si sint plures vicarij, sufficit vni insinuare. vide ibi alia huic rei confia.

minationem non qualificata prosequenti a consistorialiter b facie intimanda c computando alium d supradicto e modo qualificatum nominare f.

a Prosequenti.) Et sic solicitator regis

debet prosequi nominationem factam per regem, sicut dictum in nominatis in §. f. de coll. S. solicitor. infra. & per hoc inferatur quod rex tene-

re regis mortuo Rome cui licitor regis mortuus fuerit. Repon. pu-

tarem nominationem posse intimari procuratori nominati, vel illi cui directe sunt causas literæ, arg. clm. causam. de decl. forte etiam imm. posset eo casu recusatio intimari protectori Galliarum, vel alteri negotiatori regis Romæ gerenti, vel alteri solicitatori prosequenti hanc nominationem: nam si nominatus recusatus habeat Romæ solicitatorem, ad prosequendum hanc nominationem, illi poterit intimari hæc recusatio, & ideo cauta dicit iste text. solicitator, nō exprimunt regis, vel alterius, & sic generaliter poterit intelligi postquam non distinguunt. l. de precio. ff. de pub. in ron. ad. & solicitator productus sit testis, an reculari posset, dixi in tractat. de repro. & salut. q. in verbo solicitator.

b Consistorialiter.) En ergo quod hæc nominatio solet presentari Papæ consistorialiter, scilicet praesente collegio cardinalium, & per Papam sic recusari, possit men Papa istam nominationem domi recipere instante necessitate, & collegium cardinalium ibidem congregare. arg. nota. car. in l. 1. ff. de offic. confu. tamen Itulus ecclesia Roma est in his maioribus dignitatibus, ut consistorialiter recipientur, vel recusentur, per nos. in e. quod translationem de offic. leg. vnde consistoriorum propriæ est Papæ. gl. in c. Roman. in prim. & ibi Arch. de appell. in d. lo. Montagne. in tracta. de auctoritate magni consilij. vers. 3 pro magno consilio, vel principi glo. in §. ad hoc in auct. de appell. coll. 4. Nec debet intelligi hic tex. ut quidam contorqueant, dicentes Papæ recusationem debet intimari consistorialiter, sed recusatio nominationis secundum quosdam consistorialiter fit, & sic debet text. ordinari, à die recusationis personæ nominatæ, non qualificatae factæ, consistorialiter intimandæ facilitatori prosequenti nominationem non qualificatam, &c. vel dic melius prosequenti consistorialiter, videlicet quid solicitator debet nominationem consistorialiter prosequi, & hic est germanus / ut reor / ad hunc tex. sensus. l. Et hoc consistoriale est factum alienatio castrorum eccle. l. dicti Bal. in l. col. pen. num. 7 f. de iuris. omn. iud.

§. Intit.

**c Intimande.**) Id est, exhibenda seu denuncianda, & deber fieri hec intimatio solicitatorij, vel alij ut supra dixi in gloss. prosequenti. nec sufficeret domini solicitatoris fieri, quum hic dicatur solicitatori, non domini per nos. in cle. causam, de ele. ibi vide abu- de quaenam domi facta citatio regulariter non inuenta persona valeat. l. i. §. i. ff. de libe- agno. alibi scripti plena manu in tract. de cura. in ordi. m. 3. anno.

**Rex quo-  
rit no-  
minate.** **d Alium.**) Et sic videtur quod rex pos- sit tres nominare per hanc dictiōnem alijs, quæ tria requirit. gl. in l. ancille. C. de fuit dixi in gl. ad alium. in §. quis r̄vō infia, de coll. & sic primo vnum nominabit rex. si Papa eum recuset, rex alterum nominabit, si iterum Papa eum recuset, aliū, & sic tertium nominare poterit. Contrarium teneo, nam patronus laicus licet possit variare, non tamen ultra semel, quia vbi licita est variatio non permittitur, nisi semel. sex. in l. si quis iurandum. C. de iure iur. Bald. in auct. habita. col. 8. nu. 35. C. ne fil. pro paue. Alex. in l. sex. tot. §. si. col. pen. ff. de leg. i. & ita in pro- prius terminis consuluit Calde. conf. 16. an- laicus rub de iure paue. & sic rex non poter- rit post secundam recusationem aliū nominare, argum. l. bones. §. hoc sermone. ff. de verb. signi. & ut infinitas vitetur de qua plenē dixi in repet. l. vnic. nor. primo. C. de sentent. que pro eo quod inter. & sic quin non pos- sit primo nominare nisi vnum, vt rex supra dicit vnum grauen, &c. ita hic non poterit nisi alterum nominare, ideo post primam recusationem, non habebit nisi tres menses, quin hic in text. non cōcedat ultra, quid concederet si à die cuiuslibet recusationis posset aliū nominare. Nec obstat dictio alias, quia aliquando ad duos tantum refertur. c. quin autem de iure patron. dixi. in d. gl. ad alium. & sic per hoc verbum non de- bet rex nominatum primo recusatum no- minare, sed aliū, vt hic ultra nominatum primum, quod est notandum.

**Secundus c Supradicto modo.**) Ergo secundo nominatus nominatus per regem debet habere qual- peregen- tates supra descriptas in gl. alias idoneum, qualitates alioqui recusari potest per Papam: ideo

hic monet regem, ut aliū supradicto mo- in text. ex-  
do qualificatum nominare habeat, & hoc pross ha- declarat etiam dictio alium, quæ implicat bere debet.

similitudinem. cle. i. de re script. & erit sen- sus, ut facta recusatione primi nominati, alijs qui sit similis qualitatibus supra scriptæ debeat nominari, nō verò intelligas, quod alijs similis primo nominato nominati debeat, quia si primus esset ignorans, vel alijs inhabilis, in secunda nominatione pos- set presentari similis inhabilis, quod hic reprobat tex. dum dicit supradicto modo qualificatum.

**f Nominare.**) Si rex non nominauerit Quando intra sex menses, aliquem, videtur quod rex non non posset postea, quia alij tres menses dā- nominat ratione recusationis factæ per Papam intra sex quando rex inhabilem, forte circumuen- menses, an tus nominavit, ut variare posset nominando pos- sibilem, nam nominatio quæ non est for- stea. tita effectum, quia recusata non debet ei- dem regi esse damno. c. a. perpetuo. de ele. in d. probatur in hoc ver. si vero contigerit, & ibi à die recusationis, & in verbo semper. &c. potuit enim rex esse deceptus nominando inhabi- lē, ideo Papa voluit eidem morem gerere, concedendo ut intra alios tres menses aliū nominare posset, quod non est quando non nominavit aliquem, quia tunc ne- gligentiam supplebit Papa posse sex men- ses, quia concessio facta in uno casu non extendetur ad aliū. l. commodissime. ff. de li- & poshu. & vt dispendiosē vacationi ecclē- siarum consulatur. c. quam si de elect. in 6.

Contrarium tamen videtur tenendum per hunc text. ibi. aliqui, & ibi tunc sic vacanti, & quia facti appellatione non factum cō- prehenditur, quandoquidem qui non fa- cit quod facere debet, videtur aduersus ea facere, quia non hoc facit. l. qui non facit. ff. de reg. iur. script. in gl. prout. in repet. l. vnic. C. de sent. que pro eo quod interest. & postquam Papa voluit concedere region nouē menses, in casu quo inhabilem presentauit for- tius & quando nō nominavit intra sex mē- ses, vt etiā postea alios tres menses habeat. Nam illud debemus dicere quid statuētes (si interrogati fuissent) statuissent. l. Titius. §. Lucius ff. de lib. & poshu. & verisimile

PPP 2

est quod sic statuissent, & per hoc tolluntur in contrarium allegata, quia non procedunt quādō fortior est ratio in casu omisso, vel quando verisimile est quod sic prouidissent, per gloss. in l. tale pæcatum. §. si ff. de pæct. Iaf. in l. col. 4. f. de rulg. facit rex. solennis. in §. porro. ibi, si qua fuerit antiquioribus causis famulis, seu maior, & c. que sunt prima caus. benef. amit. & dispendio la vacatio hic vsq; ad nouem menses toleratur, & in hac parte etiam videtur inclinare Dayma. hic, licet ita expresse non decidat.

*Alioquin a / vt dispendiosè b eccliarum huiusmodi vacationi celeriter cōsulatur / ecclesia tunc sic vacanti per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi.*

*a. Alioquin.) Tres limitationes hic desribuntur. Prima est quando rex intra tempus præstitutum non nominauit, vel inhabilem. Secunda est, ibi, necon quādo per obitum episcopatus vacat in curia, & in istis casibus Papa liberē prouidet. Tertia pars, ibi, confanguineis tradidit de regis consanguineis, & aliis ibidem conscriptis, vt possint à rege nominari, etiam si nō sint qualificati, ut supra descriptum exiuit.*

*b. Dispendiosè.) Quādō sit dispendiosa ecclesiarum vacatio, declarat rerum magistra experientia. c. quādō sit elect. in 6. nā ex defectu pastoris gregem dominicum lupus rapax inuadit. c. ne pro defectu. de elect. & sic per hanc rationem nō tenebitur Papa post recusationem secundam expectare finem trium menses, si rex iterum nominauerit inhabilem, quōd probat etiam verbum celeriter, in hoc tex. positum, & verbum libere, & quia frustrā expectaretur finis, qui nihil operaretur.*

Non obstat c. commissa. de elect. in 6. quem text. allegat gl. in cle. ut hi qui. in verbo confitvus de cta. & qualit. vbi ante finem termini non potest superior prouidere. Nam ibi ideo est, quia ius non est deuolutum ante lapsum terminum ad superiorem. ergo finis termini expectatur ibidem, hinc vero simulatq; rex presentauit secundam inhabi-

bilem, & Papa recusauit illum. Papa habet ius prouidendi, per verbum liberē, & verbum celeriter, & vt dispendiosè eccliarum vacationi consulatur, & sic non tenetur aliquid tempus expectare, nec refragatur gl. in c. ubi periculum. in verbo, decem. de elect. m. 6. quādō dicit cardinales Romæ existentes, teneri expectare decem dies, alios cardinales absentes, etiam si appareat illos non posse venire intra illum terminum, quam gl. sequitur Bal. in ca. licee de ritanda. de elect. & Iaf. in l. non omnis. col. 3. nu. 8. ff. sicut pet. Respondeo esse verum, quando rex non nominaret post primam recusationem, tunc Papa ante tres menses non posset prouidere, & sic debent intelligi iura supra adducta, secus si iam nominasset, & secundo nominatus recusatus fuisset, vt in casu isto, & ita intelligitur casus sequens, quia forte ante finem termini per legem presidi xi rex prouidebit, & sic etiam appellatio non dicitur deferta, nisi totum tempus effluxum fuerit. c. personas. ibi, ex runc. de app. quod facit ad intellectum ordinations regiae permittentis iudici à quo sententiam exequi potest desertionē, vt non possit exequi. etiam si vnuus dies superesset, & appeteret appellantem intra illud tempus non posse reueare. Iaf. in c. cum stipulatus sum in. col. pen. in prim. ff. de verbo. oblig.

Concludendum ergo est, quod Papanō poterit prouidere ante finem trium menses, quando rex non nominauerit aliquem à die recusationis primæ, secus si nominauerit, & inhabilem, quia tunc Papa poterit prouidere statim à die istius secundi de recusationis, siue sint elapsi tres ultimi menses, siue non. Et ideo si rex nominauerit Petrum, & mandauerit solicitatori, vt si Papa recusauerit Petrum, quod ipse nominabat Ioann. tunc à die illius secundæ nominationis, & recusationis per Papam facta, Papa liberē, prouidebit, non expectatoz. lo tempore, nec alia regis nominatione, vt hic probatur.

Quero, rex nominauit vnum ad episco- Regula-  
ptum vacarem per resignationem, Pa- cultura de  
pa priori dicit illi, siue vacet per resignationem regum die  
siue alia quouis modo derogando regu. bis nocte.  
la. 13.

in locum l. 18. dicenti quod si resignans moria-  
tur intra viginti dies, de ipsa infirmitate,  
beneficium censeatur vacare per mortem,  
moritur resignans ante viginti dies, an rex  
iterum possit nominare, tanquam vacet  
per mortem; videtur quod non, quia post  
quam se mel nominavit, & non fuit recu-  
fatus nominatus per regem, ergo non poterit  
alium nominare, cum hic tibi conce-  
datur nominare alium quando recusatur  
primus, ergo si non recusetur, non poterit  
rex alium nominare. Item illa cancellaria  
non loquitur in episcopatibus, vel abba-  
tibus, ergo in illis non habebit locum, quia  
episcopatus vel abbatiae non veniunt ap-  
pellatione dignitatis. *text. in c. venerabilis.* de  
preb. gl. in c. 2. illo titu. in 6. Præterea Papæ est  
derogare illi regulæ cancellariae, quam ip-  
se edidit, derogauit, & sic valet illa deroga-  
tio in contrarium me trahit text. *supra*  
vbi dicit regem posse nominare, quando  
episcopatus vacet per resignationem etiam  
quando vacet per obitum, sed si nominatur  
uerit ad episcopatum vacantem per resi-  
gnationem, non censemur nominare quando  
vacat per obitum. Ergo Papa non debuit  
prouidere, alias prouisio est nulla, vt  
pote facta sine regis nominatione, vi facit  
versus decernentes. Nam actus agentium non  
operantur ultra eorum intentionem. *I. non*  
*omnis. s. si cert. per. sed regis non erat inten-*  
*tio. vt nominaret, si vacaret per mortem,*  
*qua intentio probatur si post mortem ali-*  
*um nominauerit. vt in simili not. in ca. suscep-*  
*ti. de ref. in 6 gl. in verb. aliam. informa-*  
*mand. infra.*

*leg. conc.*  
*de 20. dieb.*  
*in pre-*  
*satione*  
*locum ha-*  
*bita.*

Et per hoc dixi illam regulam cancellariae. 18. habere etiam locum in institutione facta ab ordinario, vt si patronus presentauerit ad beneficium vacans per resignationem, si resignans moriatur ante viginti dies, poterit iterum presentare, quia non presentauit in casu mortis, & prima presentatio est nulla, ergo non prestatibit impedimentum alteri presentationi, licet contrarium consuluerit Dec. cons. 224. cui repon. in tract. nominati. q. 17. num. 5. Item si patronus presentauerit ad beneficium vacans per priuationem, si alio modo vacet, non

videtur per predicta presentatione, ideo poterit iterum presentare, licet cogitandum relinqua Rochus Curt. in tract. de iure repair. in verb. honorificum. q. 51. alioqui censeretur esse facta institutio sine presentatione. & sic non valeret. c. decernimus. 16. q. 7. c. illud de iure patro. sic & prouisio in hoc casu mortis censemur esse facta sine regis nominatione, quando unus tantum modus vacandi in d. nominatione, vel presentatione esset expressus, & quod dicta regula cancel. 18. habeat etiam locum in collationibus factis per regem, fuit, vt dicunt, in hoc senatu decisum die prima Decembr. an. 1494. in causa possessoria pendente super capel- la S. Laurentii in ecclesia Meldensi. Nam alia est vacatio per mortem, alia per resigneationem. c. suscep. de ref. in 6. & illa regula cancellariae est facta ad utilitatem omnium collatorum, & eorum qui habent representare, seu nominare, ergo illi fauori debent collatores derogare, nec soli us Pape derogatio potuit praesudicare nominationis per regem facienda in casu mortis. nam & si Papa possit illi regulæ derogare in aliis beneficiis, tamen in his dignitatibus hic expressis non solet sine rege, ratione contractus sic facti, & illa regula loquens in beneficiis etiam habebit locum eadem ratione dictante in episcopatibus, abbatis, & aliis in hoc tex. positivis, per gl. in reg. id reg. iur. in 6. Et sic patet quod in nominatione facta per regem ad episcopatum vacante per resignationem, debet exprimi, vel alias que cunque modo vacet, cum derogatione reg. de 20. diebus, alias per mortem non obstante regulæ derogatione facta per solum Papam poterit rex in casu mortis iterum nominare. & ita fuit decisum in magno consilio in causa abbatiae de villa longa, contra eum qui sic habuerat per resignationem, cum dicta clausula, & alias quoquismodo, &c. Imo in eodem concilio fuit pronunciatum pro domino Ioanne Gay, iurium doctore. & recredentia illi adjudicata, quamvis alter habuisset prouisionem per resignationem cum consensu regis. Sed non acceperat possessionem, nisi eo die quo mortuus

Arrestum.

Arrestum.

De regia ad prælat.

84  
fuerat resignans: quamuis probasset se per sex horas antea recepisse: quia videbatur quædam fraus per nos. in l. filie. ff. fol. mat. alibi dico.

de persona, ut præfertur qualificata, a ne enō ecclesiis per obitū b  
a. Qualificata.) Et sic quando deuolutio fit ad Papam, ipse de persona, ut supra dictum est, qualificata prouidetur tenetur, ut dixi in gl. qui ei/dem. s. si quis vero. infra de coll. idem si vacet per obitum in curia, per hoc verbum, necon per obitum, &c. & quia una dispositio determinat hic duo, ergo ea pariter determinare debet. l. ian. hoc ture. ff. de pug. secus quādo prouidet consanguineis regis vel personis sublimibus, seu religiosis reformatis, ut infra excipitur, & illa exceptio in non exceptis firmat regulam, ut l. i. ff. de reg. iur. Exsic antequam Pa-

antequam pa sine regis nominatione prouidere posse. Papa sine fit, requiritur quod rex non nominauerit regis nominatione intra feb. vel nouem menses, vel quod nominauerit inhabilem, & is sit reculatus. nam regis nominatione canonica esse debet. c. bo-

nec. i. in f. d. postul. prela.  
Secundo, quod post recusationem rex non nominauerit aliquem intratres menses à die recusationis computandos, vel quod nominauerit alterum inhabilem, qui iterum fuit reiectus, ut supra dictum extitit.

Tertiò, requiritur quod Papa prouideat post tempus clapsum, & non ante, alias non valeret, nisi, radix supra eod. in verbo dispendiose.

Quarto, quod prouideat de persona qualificata probat tex. ibi de persona, ut præfertur, qualificata. nisi vidicetur. infra. in verbo alioquin.

Episcopatus tis vacan- vacet in curia Romana ut sequitur in gl. seq- tes in cu- b Per obitum.) Si ergo episcopatus, r. a. per obi- vel alia dignitas hic affecta vacet in curia tum Papa per resignationem non potest prouideri sine regis nominatione, quia hic sibi tan- nomina- tum Papa reseruauit vacationem per obi- tionem con- tum in curia factam, ergo alios vaoandi fori. modos exclusit. arg. l. cum prætor ff. de iud. ca.

nōme de presun. Quia superius vacantia per cessationem fuerunt regis nominationi reseruata. & liceat beneficium in curia resignatum, in curia dicatur vacare. gl. m. clea. xlii. pende. Non tamē episcopatus quo ad hunc tex & ad hoc vt Papa solus prouidere possit. gl. in s. quibus in verb. causas. delect. in prag. & quāmis mortis apellatione veniat, etiam mors civilis. glo. in ca. suff. p. p. d. re. scrip. in 6. in casib. Autre exp. gl. in c. placuit. s. q. de c. in l. gall. s. q. q. f. tantu ff. de l. & pojh. tamē appellatione obi- tū nō venit celsio, vel alia mors civilis. rex. in c. 1. 24. q. 1. l. fi. C. de f. l. 12. no. in c. fi. de f. nup.

Item si episcopus vel abbas propter ha- refut vel aliud delictū priuaretur apud le- dem predicta, eo casu sine nominatione de hoc episcopatu non prouideretur, alia prouidio effet nulla, quia non vacaret per obitū, & vacatio per obitū tantū Papa hic referuatur, etiā si condemnaretur ad per- petuos carceres, nisi ad mortē condemnaretur, sine aliqua sententia priuationis an- tealata, quia tunc dum moritur in curia, dicitur in curia vacare. Bal. in l. si quis sub. v. ditione ff. de rest. tut. Perus. m. d. c. pre. f. m. s. n. vidi Bar. in conf. 82. Clement. sim. vol. 1. m. dub. quod priuilegium cocessum cardina- lib. ut beneficia vacantia per obitum suorum familiarium non possint interpetari, nō ha- beat locū quando beneficia vacat per pri- uationem. Etiam à Papa conferri possunt sibi potestatem retinuit quām concenserit c. d. dum. de prab. m. 6.

Nec hic comprehēdūtur episcopatus vel abbatia curialium, si non moriantur apud sedem apostolicam: nam licet dicantur va- care in curia, ex r. a. v. ad regimen. de r. a. prouideri eisdem, sine regis nominatione, si non vacent per obitum, ut hic intellige per obitum, quomodo cum: cōtingente, morte violenta, vel etiam del bocone, vel alia cum hic non distinguitur gl. m. 2. 11. inf. de ca. diminut.

apud sedem a prædictam vacan- tibus semper b ctiam nulla distic regis

*regis præcedente d nominatio-*  
*nclibere e prouideri f possit.*

*a Apud sedem.)* Tunc dicitur apud se-  
dem. vacare, etiam si in locis vicinis per  
duas dietas moriatur, sive ibi occasione  
curiae moraretur, sive alia causa apud se-  
dem predictam esset, *text. elegans. in capit.*  
*presenti de præben. in 6. quanuis dictio apud*  
*aliquando significet coram & in presentia.*  
*tex. in l. de ture ff. de mun. l. cum pro quo. ff. de*  
*minus voc. tamen aliqua modo etiam accipitur*  
*pro proprio, ut d. c. a. presenti, & ita dicit Alex. &*  
*Ia. in l. i. in prim. ff. de acq. poss. abunde scripti*  
*de hac dictione in l. penes. ff. de ver. sign. & sic*  
*Papa tunc sine regis nominatione prouidi-*  
*dere poterit.*

*b Semper.)* Et sic rex ad hunc episco-  
patum in curia vacantem non poterit no-  
minare ad ministrare, etiam si Papa non prouideat intra  
episcopatus mensem, sicut aliis ordinarius de aliis be-  
neficiis prouidet per c. statutum de præb. in 6.  
curia post & probatur per hoc verbū semper, & hoc  
verbū libere, ut sit sensus huius tex. quod  
Papa intendit semper prouidere sine regis  
nominatione metropolitanis & cathedrali-  
bus ecclesiis, quando vacant per obitum  
in curia semper, i. omni tempore, & omni  
casu. ita exponit gl. in l. i. ff. sol. ma. & l. semper.  
De dictio-  
nibus castitas obseruanda præcipitur. 31. distm. &  
monachus semper debet ferre habitum  
monachale in, etiam si sit factus episcopus.  
c. sanctimoniales. & ibi doct. 23. dist. c. decretum.  
10. q. i. ita & Papa poterit prouidere semper  
sine regis nominatione, quando episcopa-  
tus vacat in curia per obitum, & intellige  
semper sive intra mensem, sive post: vel  
potest intelligi quod Papa poterit prouidi-  
dere semper intra tempus iuris, videlicet  
intra mensem, post non, & ista expositi-  
onem fraudetur ex cap. i. de in integr. rest. & gl. vlt. in c.  
coningit. de transact. vbi eccliesia semper il-  
lefa seruari debet, id est, legitimo tempo-  
re. ita etiam exponit Lucas de Penna in l.  
vna. col. pe. C. de castren. om. pala. pac. li. 12. faciunt  
no. in proem. decre. Rex pacificus. & per Iacob.  
in l. i. ff. de iure dor. tamen precedens intel-

lectus est magis textui conueniens, pon-  
derando verbum hic positum nulla nomi-  
natione, & sic excludit in hoc casu omne  
regis nominationem, sive fieret infra me-  
sein sive post, per l. quemad null. ff. de acq. pos.  
l. null. de reg. iur. Et de his dictiōnib. semper,  
continuo, & alius dicitur plenius (Deo au-  
spicante) in tit. de verb. fig.

*c Dicti regis.)* Nec alterius, videlicet  
Delphini, aut regētis, seu legati seu cuius-  
uis alterius, quod probatur in verb. libere, &  
verbo null., &c. Nec poterunt etiam capitula  
eligere post mensem à die vacationis  
computandam, alioqui Papa non semper  
prouideret, nec libere, ut vulnus text. nif  
dicas, ut in gl. dixi proxima.

*d Præcedente.)* Nec subsequentē, per Precedere  
hoc verbum nulla & verbū libere: sed hoc debet no-  
ideo dicit ut demonstraret regis nomina- minatio  
tionē præcedere debere Papæ prouisionē prouisionē  
in casib. in quibus debet interuenire, resu-  
pta dixi in gl. alias sicut presentatio institu-  
tionem præcedit, tex. in c. decr. in 16. q. 7.  
alias non valet. not. in c. cum ex officiis, depræ-  
scrip. scripti in gl. dispositi in ver. 2. inferuntur.  
in § si quis vero de col. infra.

*e Liberè.)* Id est sine regis nomina- De verbō  
ne, & sine aliquius contradictione, aliquā- libere.  
do tamen denotat quandam prærogati-  
vam ab solutam, & dominium super actū  
cui adiicitur l. procurator cui libera. ff. de proc.  
c. cum nobis olim in si de ele. Per. Anch. in cap.  
cum liberam. col. 2. de sepul. & de hac dictio-  
ne multa scripti in § præfatq. ordinarii. in gl.  
libere. infra de col. Nota quod is qui suo arbitrio  
& liberè non potest vñfrui re sibi con-  
cessa, dicitur in ea turbari, ideo interdicto  
vti possidetis experiri poterit text. in l. vim  
facit ff. de vi. & vi. arma. lic expressio consu-  
lit Franciquin Curt. conf. 2. Vafallus colu.  
i. post tractatum feud. dixi fusius in ordina-  
regus, in rubr. des matieris possessiores, vbi  
etiam scripsi quot modis quis dicatur tur- Nomina-  
tio regis

*f Prouideri posse.)* A Papa vel à sede, post iepus  
posset etiam Papa in his casib. regis nomi- recepta on  
nationē acceptare, sed non tenetur, ut hie, valen-  
dum

*Arrestum.* dñm dicit liberè prouideri possit.

Sed si semel acceptaret, non posset postea alteri conferre liberè, vt fuit iudicatum me præsente. Anno 1539. die vero 29. Decembris, per dominum cancellarium, pro aliquo nominato per regem post tempus nouem mensium, qui fuerat admittus per Papam ad regis nominationem, postea tamen Papa iure deuoluto alteri liberè contulerat, certè prior in possessione fuit defensus, & illi adiudicata plena possesso quod est notandum. Posset etiam rex Frâcœ in hoc casu, quando vacat per obitum in curia, contra prouisum per Papam se opponere, & excipere, si timeret de coniuratione, seu proditione patriæ, seu reuelatione secretorum suorum ratione patriæ, vnde prouisum est oriundus, vel propter parentes suos, qui semper regi fuerunt infesti, & tunc esset audiendus, quia satis prosequitur interese proprium, teste Inno-

*in c. super h.s. col. 3. num. 13. de accus. vbi Panor. dicit esse singulariter notandum in practica. & idem in c. cunctaria. col. 2. & ca. quodscut. de elect. interpretes in car. etatina. 62. dist. Idem renet Franc. Marc. in decisio. delphinali. q. 44. & seq.*

Item si archiepiscopatus vel episcopatus in curia vacans esset in partibus limitrophis regni, nullus ad eum recipi debet, sine regis consensu sicut Narbonæ & Carcassonne, per text. & ibi gl. in l. 2. C. de fundis limitroph. lib. ii. quia istud priuilegium censem tur semper esse exceptum, per text. in auth. quia in prouincia. C. ibi de crim. agi opor. Benedict. in repe. cap. Raynatus. in verb. & rxo- rem num. 405. de testa. nam quando ecclesia habet feudum à rege, tunc ratione feudi, vel quando est patronus, debet requiri regis assensus post electionem celebratam. c. sacrosanct. in fi. de elec. & ca. nobis. de iurepatron. doct. in c. sacros. in fi. de elec. c. nobis. de iurepatron. do. in c. cum inter inuersas. de elect. Maled. in tract. de elect. q. 8. linit. 3. & sic post prouisionem Papæ requiretur regis assensus in his casibus, qui per fidelitatem à prouiso factam regi declaratur. hoc etiam firmat Boer. in dec. 2. Bard. co. antep. Nota igitur in quib. casib. Papæ prouisio valet sine regis

nominazione.

Primus, est quando rex est negligens In quin ad nominandum intra sex vel nouem casus præmenses, prout supra dixi.

Secundus, quando primo nominavit exenti non qualificatum, & intra tres menses à g. nomine die recusationis nominavit alium etiam natus non qualificatum, & iterque à Papafuit reiectus.

Tertius, quando intra tres nouissimos menses nullum nominavit post primi re- cussionem.

Quartus, quando episcopatus vacat in curia, vt hic, necnon per obitum apud sedem, &c.

Quintus, quando ecclesia habet speciale priuilegium eligendi, n. in §. si. infra ei. rbi dicitur. sed tunc Papa non prouidet, sed ecclesia, seu capitulum eligit.

Sextus, quando episcopus esset à Turcis captus, vel perpetuo morbo laboraret, tunc Papa sine regis nominatione coadiutorem dare poterit, vt supra dictum ext. tit. in gl. vacantib. in fin.

Septimus casus est, quando collatio iu- re speciali spectaret ad fundatorem, vel alium, quia tunc is poterit sine regis nomi- natione conferre, vt supra eod. in glo. electio- nem, declarauit.

Decernentes & electiones contra præmissa attentatas, ac prouisiones per nos, & successores no- stros, seu sedem huiusmodi factas nullas b & invalidas existere. Consanguineis c tamen.

a. *Decernentes.* Hic annullantur tam electiones capitulorum, quam prouisio- nes factæ per Papam, aliter quam supra h. in fin. fuerit statutum, & si superueniret concur- satio ad electionem sic factam, non con- ualeficeret c. audit. de elect. gl. in cap. quorum- dan. in fin. illo in. in 6. si ergo fieret electio- denominated per regem hic non annul- tur, quia hic text. dicit contra præmissa fa- cias, sic adhuc potest hodie capitulum eli- gere, dum tamen modo eligat nominatiū per regem. Sed de quo prodebet illa electio.

Reponde,

Responde, si prouisio esset nulla, saltem ex electione posset obtineri prælatura, & quia potest quis pluribus iuuari titulis defendendo c. post electionem de concess. preb. & vt capitula suas seruent electiones, & eligendi possessionem c. si vero de iure par. vbi patronus, qui euicit ius patronatus, presentat post presentationem & institutionem admissas, vt possessionem presentandi acquirat, licet non possit alium praesentare, quam iam institutum, vide ibi Panor. & alios. & R. Sch. Curi. in tracta. iuris patro. in verbo competens q. 19.

Et ut electus magis gratus sit canoniciis, & his qui eum elegerunt.

a. Nullas.) Et sic tam electio quam prouisio Papæ est nulla, si contra prædicta fiat per hunc text. & potuit sibi Papa imponere legem contractus per hanc clausulam decreti Bal. in præl. feud. col. 8. vers. expedita legit. Ioan. Monach. in c. i. de const. in 6. gl. in reg. cancel. 40. inf. Item per hoc verbum dicunt quidam prouisiones, seu electiones in contrarium factas non esse coloratas, quia quod nullum est, non dicitur habere coloratum, & sic qui possiderit episcopatum hoc modo per triennium non iuuaretur decreto de pacifico posse.

Contrarium videtur, nam haec electiones sunt nullæ, si quis petat eas declarari nullas, & prosequatur intra triennium, sicut dixi de beneficio villæ muratae. in tractat. de pacifico posse amplia. 13. facit quod licet lex vel aliquid competere ipso iure, tamen intelligitur si petatur. l. 2. c. de iure empb. l. si constat de compens. l. scimus. glo. ipso iure. c. de inoff. testa. not. Lancelo. Galatula. in repe. l. centurio. col. 18. vers. 13. conclusio ff. de vulg. dixi in gl. ipso iure, & in §. si quis vero de colla. infra. tamen ne de cætero contra præmissa fiant electiones per eos, qui eligendi priuilegiū non habent, fuit in sacro magno consilio (vt fertur) pronunciatum omnes electiones futuras non iure factas in coloratas dici, & sic possidentes per triennium decreto de pacifico posse. deinceps non iuuari, ne fiat contra haec sacra concordata, quod probatur per ea quæ not. Barb. in cle. col. 2. de elect. vbi dicit quod si Papa concesserit,

quid, abbas non possit conferre beneficium regulare clericis secularibus, & apposuit decretum, si postea abbas conserat secularibus tempore longissimo, non orietur consuetudo, nec prescriptio propter clausulam decreti, per quæ limitatur c. cum de beneficio de preb. m. 5. ista sunt notanda, quia frequentia primæ tamen sententiæ, si non petatur inhererem.

c. Consanguineis. ) Hic traditur personæ exceptæ à qualificatione supradicta. Qui dicuntur à consanguineis. Qui dicuntur à consanguinei regis excipiuntur, c. consanguinei. Qui dicuntur à consanguine, quasi communem habentes sanguinem, & communem sanguine natu. glo. in §. i. inst. de legit. agn. success. Hofst. in summa de consang. §. & unde dicatur. & Ioan. And. in declaratione arbo. consang. & ibi dixi. Soc. in repe. l. cum auis. col. 2. ff. de cond. & demonst.

Quæro qui dicuntur hic consanguinei? quidam dicebant usque ad quartum gradum, per c. non debet de consang. gl. in c. requif. sti. de testa. Alij usque ad septimum, per glo. singul. in l. si feminis. C. ad senatus consultum Turpil. text. in c. ad sedem 35. q. 5. glo. in c. postremo. de app. Quidam vero usq; ad decimum gradum protendebant, cum in agnatis successio locum habeat, usque ad illum gradum. §. si. inst. de legit. agn. success. Alij dicebant eos consanguineos, qui ex utroq; latere nati essent, velex latere patris tantum. l. post consanguineos. ff. de suis & legit. hered. & hoc magis propriæ. Alexand. in l. cum quidam. §. i. ff. de acq. hered. Ego vero puto hic vocari consanguineos omnes, qui quomodo regis sanguine iuncti sunt, per rub. de consang. ut et ex sententia expressa. Perusin cap. si pater. vers. 23. num. 14. de testa. lib. 6. Item communis usus loquendi Francie vocat consanguineum quounque modo sanguine coniunctum. Bart. in l. cum quidam. §. i. numer. 2. ff. de acq. hered. etiam si essent vulgo quæsiti, quia ex eodem sanguine exirent. Hofst. vbi supra, maximè quando essent legitimati. glo. in verbo filius, in extrag. exercrabili. de probeni. Ioan. 22. vbi idem dicit, siue consanguinei essent nati antequam esset rex, vel postea per l. senatoris filium. ff. de senat. l. 2. §. in filius de cur.

QQQ

Etiā ex latere materno ex communi  
ſu loquendi, licet non de propria signifi-  
catione Barb. in repl. cū acutissimi col. 52. vers.  
quid sit ſtator dicie C. de fidei. etiam hoc mo-  
do poſte capi in ſtatutis. affirma Paul. in d.  
§. quod intelligit Alexan. quando conſtitu-  
tio fieret à Papa, ſi vero à principe, debet  
intelligi ſecundum iuris ciuilis conſtitu-  
tiones, quod eſt notandum ſecundum eū,  
imò quando conſtituſio non eſt poem-  
alis, venirent affines regis, alioqui contra,  
fed non in hoc tex. vt in gl. ſeq. dico. Io. And.  
in c. ſciant de eleſt. in 6. Barb. in repl. l. cum acu-  
tiſimi. col. 52. C. de fidei.

**Confanguis** Quārō an conſanguineus regis, vel ſub-  
ſu regis nō  
qualifica-  
ti, an poſ-  
ſu ad ab-  
batias no-  
minari.  
**Dicitio dū-**  
taxat, lumi-  
nat & re-  
ſtringit.

Quārō an conſanguineus regis, vel ſub-  
ſu regis nō  
qualifica-  
ti, an poſ-  
ſu ad ab-  
batias no-  
minari.  
ſcriprū ff. de leg. 1.c. 2. requiriſ. de appell. Item  
excepit eos in maioribus, videlicet in epi-  
ſcopatibus. & archiepifcopatibus, ergo in  
minoribus videtur eos excepiliſ. per auth.  
multo magis. C. de acroſ. eccl. &c. eu licet quod  
eſt plus, riue licet quod eſt minus. dereg. iur.  
in 6. Tertio, iura fauent conſanguineis re-  
guin, & ſublimibus perfonis. ca. de multa de  
prebend. ex rauag. execrabilis. Ioan. 22. illo tit.  
ergo & hic. In contrarium videtur, quia  
hic conſanguineos regis excepit a premissa  
prohibitione, ergo non a ſequente, ibi,  
in textu ſub prohibitione premissa mini-  
mē comprehenſis. Item in textu dicitur  
dictis ecclesiis poterit libere prouideri, er-  
go non dicendis, ſic arguit in ſimiſ. Alexa.  
conf. 140. viſo diſto. col. 2. in 5. vol. & ſic cum  
prioratus abbatia non ſint dictæ, nec ex-  
preſſæ ſupra, non comprehendentur hic,  
ideo non poterit his ſublimibus non qua-  
lificatis, vel conſanguineis regis prouide-  
ri de iſtis abbatiaſ. Præterea hoc probat §.  
ſequens, dum ſemper loquitur de religio-  
ſo qualificato, ibi. prioratus verò perfonis,  
vt præfertur qualificatiſ duntaxat confeſſi-  
ri liberè poſiſt, ergo aliis perfonis non,  
quia diſcio duntaxat limitat & reſtringit. l.  
ſolurum. § ſi in ſoritem. ff. de pig. act. & eſt diſcio

exclusua. Bart. & alij in l. vii prim. ff. ſi quis in-  
dicien. non obtemp. ergo excludit alias perfo-  
nas non qualificatas, alioqui conditores  
dixiſent, ſi voluſiſent & excepiſſent in ſ.  
ſequent. ſicut in hoc §.

Nec refragatur priunum quod ad omnia  
hic verſet. conſanguineis referatur, re-  
ſpondeo tunc clauſula in uno loco poſi-  
tam non referri ad alia, quando facta eſt  
per materias diuifio, & paragraphos. gl. in  
cymo. de pugil. pugla. in 6. 2. vi circu. de eleſt. oſ.  
lib. & cle. i. de epul. ſed hic eſt facta diuifio  
de materiis per §§. nam. §. monasteriis. eſt  
ab iſto diuifus, ergo hæc clauſula ad illum  
§. non extenderetur, etiam quia eſt dare di-  
uerſam rationem in §. ſeq. irrefraſ. dicam, &  
eſt diuera materia. Igitur hæc clauſula ad  
eum. §. non extenderetur, ut plenē dicitur in repl.  
L. vniſ. in gl. & non ex quibusdam. C. de ſentem.  
que pro eo quod inter. vel nō refertur ad pro-  
xiſa, quando conſtat de mente, ut hic per  
verbū a premissa prohibitione, &c. ergo  
non a ſequente.

Nec obſtat regula, cui licet plus. Re-  
ſpondeo, quod plus eſt perficerre religioſis  
ſecularem, qui regulam non eſt expertus,  
quam eidem cocedere archiepifcopatum  
ſecularem, nam dicitur abbatibus, & aliis  
ad inſtitutionem habentibus. 3. Reg. 22.  
Cufkold virum iſtam, qui ſlapſus euerit,  
erit anima tua pro anima eius. & ad Hebre-  
ca. ipſi peruigilant, quaſi rationem pro-  
nimabus veſtris reddituri. Vnde mona-  
chus poterit eligi ad epiſcopatum in ecclē-  
ſia ſeculari, ſed ſecularis in ecclēſia regula-  
ri non cle. i. de cle. quia clericus ſecularis nō  
eſt inſtructus in regula monachali, ſed  
monachus cām ſit clericus, eſt inſtructus  
in oſicio clericali, ideo eligi non prohibe-  
tur, & in hoc ſunt melioris conditionis  
monachi gloſ. i. in c. cum ad noſtrām. de eleſt. &  
in magiſtrum. affiſſi. in magiſtrum. de eleſt. ca. nullus. cod. in. m. 6. &  
prius quis debet eſſe diſcipulus, quam  
magiſter. ordinatos. ſo. diſt. c. miſerum. diſt.  
facit. c. prieſtyeros. 16. q. 1. & qui ſub tutela a-  
liorum eſſe debet, videlicet ad professo-  
ne

nem faciendam, alios sub tutela habere non debet. b. f. C. de leg. rur.

*Qualis debet esse abbas.* Vnde in concilio Triburien. fuit statutum in hac verba, si quis abbas caurus in regimine, humilis, castus, misericors, discretus, sobriusque non fuerit, ac diuina præcepta verbis & exemplis non ostenderit, ab episcopo, in cuius territorio constitut, & a viciniis abbatibus, & ceteris Deum timentibus, a suo arceatur honore, etiam si omnis congregatio virtus suis consentiens, eum abbatem habere voluerit. *ca. f. quis abbas.* 18. q. 2. & Aug. de abbatibus, & alius prælati sic scribit, seipsum scilicet prælatus honorum operum præbeat exemplū, corripiat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes, disciplinam libens habeat, meruendus imponat, & tamen magis amari a subditis appetat, quam timeri. hæc prosequitur Flor. in 3. parte summa 11. 16. c. 7. §. 1. & sic abbas debet esse Roscius, hoc est, mira vt apud Romanos vulgo dicebatur) & perfectæ probitatis homo. Ergo magnum in abbatे periculum, nam expers regule quomodo poterit monachos inducere ad regulam? quidem certè deuotionem potius tollet, & monasterium euerteret, discutiat bonus, ac doctus iudicet, ego vero sic tam in foro seculi, quam poli iudicare, & sic iudicare debemus, si veræ religioni fauere (vt tenemur) volumus. *I. sunt personæ ff. derehg. & sump. fine.*

præfati regis, & ac personis sublimibus b ex causa rationabili c &

*Confangui-* a *Præfati regis.* Secus in consanguinitate regine per hunc tex. qui tantum regis non qualiter consanguineos excipit, & consanguinei reginæ non sunt regis consanguinei, quia non sunt ex eodem sanguine nati, & quavis Augustæ gaudeat eisdem priuilegiis quibus Augustus I. princeps ff. de legib. quod est verum, nisi concedatur regi tantum, vt hic præfati regis, quia tunc personale priuilegium non egreditur personam. Regi priuilegium, de reg. iur. in 6. & quamvis Augustæ priuilegia extendi possint, verū est per principem, sed non per iudicem, vel

doctorem. Lucas de Penna in l. 3. sol. pl. C. de prepos. fac. rub. l. 12. fallit quando haberent qualificationes supradictas, & etiam in aliis crederem esse eis deferendum, vt pulchre loquitur tex. in c. ff. de offi. deleg. in 6. & c. en. aliqui de priuilegiis. In hec verba regibus & reginis, qui sicut dignitatis altitudine præminent, sic prærogativa gratiæ ipsos conuenit anteferre.

Et posset Papa eos pro regis consanguineis acceptare, vel saltē loco sublimiorum ut sequitur. Multas prærogativas regum tradit Corse. intrat. de poteſta. reg. vbi licet videre, ne solius transcriptoris personam fungar.

b *Sublimibus.* ) In qualificatione su- Qui dicā-  
pra posita, non comprehensis, ut patet infra, tur subli-  
-fundatur in ca. de multa. in si. de prechen. vbi mes, &  
Papa erga sublimes in pluralitate benefi- que idonei-  
-ciorum dispensat. Dicuntur enim subli- neitas in  
mes personæ nobiles in altum eleuatae, di- illis requi-  
-etè à limine superiori quod est supra nos, ritur.  
sicut sublimes personæ sunt supra nos.  
Car. in d. c. de multa. circa si. vbi dicit sublimes  
sunt nobiles magni status. argum. ca. solite.  
in princ. de maio. nam sublimis dicitur ex-  
cessus, quasi supra limen eleuatus, & sic  
qualificationes supra posita non requi-  
runtur in his.

Quero in ipsis exceptis quæ idoneitas requiratur? Respondeo, illa quæ traditur in epist. Pauli ad Th. cap. 1. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispé-  
-fatorem, non superbum, non iracundum,  
non vinolentum, non percussorem, non tur-  
pis lucri cupidum: sed hospitalem, beni-  
gnum, &c. & alia quæ sunt de iure communi-  
-tate, quæ tradidi supra in gl. alias in vers. 17. quia  
ipsi remittuntur qualificationes hic posita, quas in d. gl. alias enumeraui. Aliæ vero quæ sunt de iure diuino, vel positivo, non  
remittuntur hic, nec sufficeret quod hic  
nominandus esset magnus grammaticus,  
vel orator, sed tali scientia præditum eum esse  
debet, qua sciens soluere quæstiones, quæ  
habent ventilari in curia sua, & in hoc cano-  
nistra præfertur philosopho. verba subijcio  
Bal. in c. cun in cunctis. col. 2. de elect. licet ho-  
die multi sacram theologiæ. & jura relin-

QQq 2

quant propter fucos verborum: vel medicinam, quamvis non quæramus medicum eloquentem si curare nesciat.

An Papa posset sine acceptance persone ad petitionem regum & principum aliquem promouere ad prælaturam ecclesiasticam. vide per Augustinum de Anchona. *in tractat. de potest. eccles. q. 47. vers. ad quinum. non tam enim requiro hic utrunque, videlicet quod sit consanguineus & sublimis simul: licet ista dictio, ac in textu positiva videatur contrarium notare, sed coniungit, vt sanguinei sint excepti à qualificatione supra positia, ac sublimes persone: & sic loquitur hic de magnis nobilibus, non de omnibus nobilibus, sed de principibus, vel filiis principum, in quibus etiam relaxatur ius canonicum. in cl. vna de baptis, & si. de presis, quia hi gallicum loquendi ornatum, & fucum verborum à pueris didicerunt, præscientia sibi retinuerunt vide gl. in verbo sublimitatem, in d. extra. execrabilis 10. 22. Benedict. in rep. t. c. Raynurii. in verbo, & ixorem. n. 385. dicens. & omnes consanguinei regis sunt sublimes, sed omnes sublimes non sunt consanguinei regis, vt omnibus est obuium.*

**Causa rationabilis causa.**) Rationabilis dicitur, quæ non est pro libito voluntatis, sed quæ dicitur ex ratione, cle. vna circa princ. de excess. prælat. tur, & an in regis consanguineis re- Guill. de Monferat in 4. parte sui tract. super prag. sanctio. vel dicitur rationabilis, id est iusta, c. cum plures. & c. statuimus. & ibi Arch. de offici. deleg. in 6. An sit rationabilis statutum iudicio Papæ, qui habet nominatum per regem admittere arg. g. 1. ff. de iure delib. & postquam est facta prouisio de his personis exceptis, presumitur quod iusta causa & rationabilis interuenerit, quam ab honestis & prouidis viris, videlicet à Papa & rege factum exiterit. ca. nisi. de prob. Nam quis dubitat illum honestum & prouidum, quem apex tanta dignitatis attollit. cap. 1. 40. disf. ideo prouisus non tenetur alias probare istam causam, postquam erat in literis expressa, & sic intelligitur hic text. quod sublimes persona sint excepti. ex causa tamen rationabili & legitima. Nam ultra sublimitatem requiritur secundum quosdam in eis causa rationabilis, & legitima, quæ in con-

sanguineis regis non exigitur, sed sufficit confanguinitas: Nec in aliis sequentibus requiritur alia causa, quæ eminem scientia & reformatio, quia vtrq; causa effractionabilis, ideo hic adiecit causam ad sublimes, quia quum plures sint in Francia, ex causa rationabilis, vt puta, quia perpetuo grati ecclesiæ fuerunt, & ex alia causa non minabitur sine qualificatione precedente.

Alij causam tam in regis consanguineis, quæ in sublimibus requiruntur, sed non est verisimile regem suos consanguineos velle vi iure aliorum, & tantum dilexisse extraneos quæm suos consanguineos. Nā in dubio nemo præsumitur carnem suam odio habere, c. non existemus. 13. q. 2. vel potest intelligi, quod hic consanguinei regis & sublimes censeantur excepti à qualificatione prædicta ex causa rationabilis in literis exprimenda, scilicet consanguinitate & sublimitate. Volens dicere tex. quod ex causa rationabili & legitima hi consanguinei ac sublimes sunt excepti à prædicta qualificatione. Nam rationabile est, quod his prouideatur, vt supra probauit, & causa est legitima, id est, à iure approbata in ea de multa, de prob. & in extra. execrabilis. 10. 22. ill. tit. hæc tamen causa est in literis exprimenda, videlicet an sit consanguineus vel sublimis: & aliam vix causam requirit Papa extra consanguinitatem, vel sublimitatem. Potest tamen causa esse rationabilis & legitima, vt pote quia episcopus est frater iuxta inimicos regis, & opus est habere hominem potentem, tunc nominabuntur hi. cap. officij. de elect. Pano. in cap. constitutus. de app.

legitima a in nominatione & apostolicis literis exprimenda b, nec nō c religiosis d mendicantibus e a Legitima.) Non sufficit quod causa sit rationabilis, nisi sit legitima, vt hic, id est à lege vel canone approbata. L. legitima. ff. de pact. l. vna. C. quando non per. part. & ibi Sal. & Dec. conf. 258. in casu. col. 2. c. legitima. de app. 6. dic. x. in prox. gl. script.

b Exprimenda.) Requiritur ergo expressione consanguinitatis secundum quosdam

dam in nominatione regis, ut nomine sanctitati vestrae Petrum N. consanguineum nostrum, alioqui non valet quod factum erit, quia hic datur pro forma, quae seruari debet. *cum hi s. si praeor si de transact. idem in sublimibus, vt Nomino D. V. talem N. sublimem virum, & magni status ac nobilitatis ad talem episcopatum N.* Quia si etus non possit fieri nisi in certis casibus, tunc qui vult illum actum facere, debet exprimere quod est in aliquo illorum causum. *Iun. & Pan. in c. ad nostram. in fin. de app. vbi appellans à correctione debet exprimere excessum, & in citatione facta die feriato requiritur, quod exprimatur causa alimenterorum, vel alia causa permissa. 1. 2. in s. cun gl. & ibi Bart. ff. si quis ius dicen. non obtemp. tunc ita l. & 2. ff. de seru. faciunt no. per Inno. in c. preterea de ap. & Ro. conf. 483 dubitatur col. 3. num. 14. Bartol. in l. non solam. §. sed vi probari ff. de no. op. nunc.*

*Causa an  
fin bul.  
les expri-  
menda.*

Item postea in literis Apostolicis dicitur: prouidemus tali confanguineo regis, &c. veluti sublimi personæ, &c. & idein statuebatur in prag. ut reservationes non fierent nisi ex magna, rationabili & euidenti causa in literis apostolicis exprimenda. *§. decreuit. de elect. in prag. & ibi glo. in verbo, exprimenda. dicit non præsumi causam, nisi exprimatur, quia vbi constitutio requirit expressionem causæ, non præsumitur nisi exprimatur. c. ut debitus de app. c. i. ill. tit. in 6. nec in principe præsumitur causa, quando veniret contra suum contractum. Pan. in c. que in ecclesiis unum, num 14. de confit.* Alias posset recedere à contractu, quod non potest. *vt conclus. in prefat. ad rub. de coll. infra.* Et si rex expresserit, non solet Papa inquirere an causa vera sit, sed solet nominato prouidere, sicut etiam dicitur in c. in nostra. de rescr. per doct. quando quis exprimit aliqua in imprestationibus; nam tunc Papa credit imprestanti, sed postea opponi potest de subreptione, & quotidie ita fit, nec sufficeret exprimere, in nominatione si in literis apostolicis non exprimeretur. per hunc textum copulatiu loquente, nec posset causa haberri pro expressa, cum hic expressio necessario requiratur, licet

alias regulariter sufficiat ut dixi in gloss. pro expressis, in form. mand. apost. infra.

Quæro an alia sint exprimenda: videtur quod non postquam de uno expressit. Ergo aliud non vult exprimi, in contrariū inclino, ut confanguineus vel sublimis à rege nominatus tenetur etiam exprimere si quem defectum habeat, ut pote, quia erat regis spurius legitimatus, tamen vel minor 27. ann. & etiam alia quæ de iure sunt exprimenda, ut dixi superius, & in forma mand. in d. gl. pro expressis: quod est mente tenendum.

**c Necnon.** ) Hic addit religiosos reformatos eminentis scientiae & doctrinæ non comprehendendi in qualificatione supra expressa. Et duæ negationes æquipollent affirmationi. *l. duobus ff. de verb. sign. & b. plenus scripti. & sic tres tantum personæ à qualifica-*

*tione supra tradita hic excipiuntur. Primo regis consanguinei, secundò sublimis, tertio religiosi mendicantes, reformati, eminentis scientię, & excellentis doctrinæ viri, ut sequitur.*

**d Religiosis.** ) Propriè hic accipitur pro eo, qui fecit professionem in aliqua religione approbata, in qua solent proficiatur religiosus, scilicet paupertas, castitas, & obedientia, subiiciendo quibus libertate subtilia regulae, scilicet pau-

*peritas, castitas, & obedientia, subiiciendo quibus li-*

*bertate imperio prælati. c. ex multa de voto. Pan. & getur ligatio in rub. deret. & c. si religiosus de elect. in 6. & minib.*

*talem religiosum non facit habitus, sed profesio facta in manibus eius, qui po-*

*test incorporare religioni. cap. porrectum. de*

*reg. Card. in conf. 138 in aliquibus. & hi habent*

*nouem ligamina, quibus ligantur. Primū*

*est castitas, & haec ligat luxuriam, quia re-*

*ligiosus non castus, hircus est foetidus.*

*Paupertas auaritiam, nempe sepeliri de-*

*bet in sterquilinio religiosus auarus pe-*

*culnias congregans. cap. cum ad monasterium.*

*de statu monach. Obedientia & humilitas li-*

*git superbiam, pro monstro est videre re-*

*ligiosum superbum & elatum. Communi-*

*tas inuidiam, quæ vix contra hosce suc-*

*cumberet in casu nouitatis, & interdicto*

*vti possidetis. Parcitas gulæ immunitiam,*

*pauca habentes parcitatem gulæ sequun-*

QQq 3

*Quando  
aliquid  
non posse  
haberi pro  
expresso.*

tur. Charitas iracundiam. Taciturnitas o-  
ris insolentiam & maledicentiam. Labor  
accidiam, vnde illis dicitur Eccl. 9.c. Quod-  
cunque facere potest manus tua, instan-  
ter operare. Habitus utilitas inanē gloriā,  
quæ prosequitur Berth. in dist. in verbo religio.  
Quanvis religiosus largissimè vocetur o-  
mnis Christianus, inde dicitur religio  
Christianæ, c. i. de homin. in 6. ca. 1. 97. dist. vnde  
quis dicitur effici religiosus per leges,  
quia religiant hominum voluntates, & co-  
arctant ad bene viuendum, in procēsio inst.  
in prin. Item largè dicitur religiosus omnis  
christianus honesta vitæ instar religiosos  
rum. c. eccl. s. sancte Marie, de conf. s. de reb.  
eccl. non alie. Aliando accipitur pro præ-  
latis, vel aliis clericis secularibus si dicatur  
religiosus vir gl. & dalt. in c. 1. 23. dist. & c. obe-  
nitibus. 63. dist. sed proprio capitū hic, vt di-  
ctum prīmo extitit, nūdū quæ plenē scrips. in  
l. inter publica ff. de verb. fig.

Mendican-  
tes qui di-  
canur.

c. Mendicantibus.) Quidam sunt mé-  
dicantes validi, de quibus in rub. C. de mendic-  
ant. l. i. u. Alii sunt mendicantes, & hi dicun-  
tur quibus ad congruam sustentationem  
reditus, aut possessiones habere professio-  
sua regula vel constitutions interdicunt,  
sed per quæstum publicum tribuere victu-  
solerincerta mendicitas. c. mo. §. a. derel. do-  
mib. in 6. & gl. in c. xno. de excels. præl. eo li. vnde  
hi mendicantes non habent aliquid certi,  
ex quo victum sumant, nec dicuntur mé-  
dicantes, qui proprium habere possunt,  
licet non habeant, & mendicent. iste Bald.  
conf. 438. viso. col. i. vol. i. Card. conf. 17. An ord.  
rub. d. reg.

Carthus.  
Cœlesti-  
m & obserua-  
res, an sine  
doctoratu  
episcopi  
esse pos-  
sunt.

In hoc tamen text. puto comprehendendi  
Carthusie. quibus permisum est in com-  
muni habere possessiones, non tamen vil-  
las, aut castra, vel feuda, quæ homagia di-  
ciuntur, inc. recolentes, de statu monach. etiam  
alios religiosos reformatos non excludit  
hic tex. videlicet S. Victoris, & Cœlestinos,  
aliósq; omnes qui iuxta sui ordinis regu-  
laria instituta ad gradus huiusmodi allu-  
mi non possunt, & sic obseruantes hic co-  
prehenduntur, quia ex statutis eorum  
prohibentur sumere gradum doctoratus,  
aut alium, licet alii quatuor mendicantes

non prohibeantur Bonif. in cl. i. in si. de regu.  
& istarum paupertas felix est, cum sit vo-  
luntaria, & propter charitatem, & de ea  
dicitur. Beati pauperes spiritu secus de il-  
la quæ preter animi spem venit, fore pro-  
pter prodigalitatem, de qua in c. diacon. s. dist. 97, cuius tex. verba hic reddam. Mendi-  
cant infelix in plateis clericus, & seruio-  
peri mancipatus publicam à quolibet po-  
scit elemosynam, qui ex eo magis depri-  
citur a curcis, quo miser & desolatus in-  
ste putatur ad hanc ignominiam deueni-  
re facit l. 3. in princ. ff. de t. st. L. cura. §. de facientia.  
de muneri. & bono. Scit illi qui ex fundatio-  
ne sue regulæ vel de iure mendicantes  
sunt, licet de facto non mendicent, mendic-  
antes dicuntur, utpote, quia contra pro-  
hibitionem retinere possessiones, vel quia  
super hoc à Papa habent priuilegiū, quod  
possint certas possessiones retinere, & illa-  
rum fructus recipere, vt sunt moniales  
sanctæ Clares, & religiosi dominicani san-  
cti Maximini in Provincia, qui etiam cu-  
rati ibidem sunt, & diuitiae, ut ipse vidi. &  
nor. Lappus. alleg. 4. dispositio ideo quo ad alia  
priuilegia retinet mendicantium, vt Car-  
thusienenses & mendicantes dicuntur: quia  
esto quod sint habiles ad possessiones, non  
tamen ad alia, & sic de iure mendicaret, si  
non haberent possessiones, & ideo pote-  
runt nominari sine qualificatione pâcata.  
a Reformatis.) Non sufficeret quod  
esser religiosus, nisi esset reformatus. Re-  
formatio enim est rei veteri facta additio,  
aut eiusdem renouatio, gl. in verbo respon-  
de autoritate generalium concil. in prag. vnde.  
Mach. 5. c. dicitur, non propter locum, sed  
propter gentem locum deus eligit. text. in  
c. quamlibet. 40. dist. & ad Rom. 12. c. nolite co-  
formari huic seculo. Sed reformati in quodam  
voluntas Deibona, beneplacens, & perfe-  
cta. Notandum est, quod quâdo agitur de scu-  
re reformatione, parlamentum in hoc Fran-  
cia regno cognoscit, & compellit episc. vt  
crevetiarios generales certos confiliari-  
os clericos, qui faciunt statuta, & alia ad  
reformationem pertinentia, vt vidi sapius  
seruari

seruari in hoc senatu, licet de iure securus. c. tuam. de etate & qualitate relationum. ne cler. vel monach. per Dec. conf. 22. monasterium.

Hoc etiam episcopus potest vocatis aliquibus, abbatibus & religiosis reformatis. Sed non solus, ut fuit dictum in senatu contra episcopum Carnotem, qui solus processerat contra religiosos sancti Patris, anno 1526. die 13. mensis Decemb.

*Religiosi  
in posse  
ad refor-  
mationem  
compelli.*

Quæro an religiosi sint compelli ad reformationem subeundam? videtur quod non, quia ab initio datus annus probatio- nis ingresso, ut asperitatem ordinis expe- riatur. c. ad apostolicam. de regu. unde videtur quod postea ad duriorem vitam, & ad vi- um/ut dicitur/ resecari contra suam vo- luntatem adstringi non possit, nisi alius annus sibi de integro recederetur. sic consu- luit Oldr. conf. 96. nunquid. Et faci glo. m. c. ge- ffa. 74. dif. gl. inc. integras. 22. q. 1. Contrarium est verum, quia religiosi propriæ voluntati renunciaverunt. c. non dicatis. 12. quest. 1. & ideo non habent. c. si religiosus. de elect. in 6. ob id sustinere debent iugum, licet vi- deatur intolerabile. c. in memoriam. 19. dis- probatur in c. vno. de statu monach. in 6. vbi in monialibus perpetua inducitur clausura. & sic stricior regula, quam in principio esset Pan. in c. ad nostram. de appell. plene Cardi. Alex. in c. ante triennium. col. 2. dif. 3.

Primo fallit, quando professio esset li- mitata, ut ego voleo seruare regulam S. Francisci, quæ tunc seruat, tunc si alia addatur non tenebitur sic profectus. nam actus agentium operari non debent ultra eorum intentionem. l. omnis. ff. si cert. per. & limitata causa non capit accessionem. l. in agris. ff. de acqui. rer. domi. Hosti. ita placet in summa de voto. §. virum. sed raro fit sub hac forma.

Secundo fallit, quando tanto tempore regular relaxata fuisset, cuius initii memoriā non esset in contrarium, quandoquidē propter tantam temporis taciturnitatem reputaretur noua austeritas, de qua in- gressus non cogitauit. Pan. in cap. Deus qui: col. 2. de vita & honest. cler. vbi dicit, quod si in certo monasterio non esset memoria in co- trarium, quod esus carnium non fuerit

prohibitus, licet per regulam prohibeatur, si aliquis ibi sumat habitum, non pec- cat comedendo carnes, & sequendo mo- res longo tempore per alios obseruatos, & maximè Papa sciente, & tacente ac tolerante. Nam consuetudo tanti temporis inducit præsumptionem alicuius tituli cap. i. de prescrip. in 6. Cardin. in cap. cum ad mo- nastrum. de statu monach. & ibi Pan. colu. pen- & in cap. super eo. colum. penult. de regul. Alias limitationes vide per Dec. in d. c. ad nostram. de appell. vbi limitat etiam si propter cor- poris debilitatem ingressus non posset tol- erare, vide alia ibid. & per Prepo. in cap. i. dif. 31. & ita sunt nota ad pro reformationi- bus que in dies sunt.

b. *Eminentis scientie.*) Illa dicitur e- Scientia e- minens scientia, quando quis per eam po- minens  
nun-  
tiet bene explicare quæstiones sine reu- que dica-  
lutione librorum. ex sententia Inno. & com- tur.  
muniter aliorum in c. cum in cunctis. in prin. de elect. vnde Barb. se nunquam inuenisse ali- quem in cons. 34. preclare. colu. 18. num. 2. volu. planè fatetur, ideo Dec. in d. cap. cum in cun- cts. dicit scientiam eminentem esse, quando quis scit omnes quæstiones etiam dif- ficultimas iure decidere. cum reuolutione librorum, alias nullus inueniretur, & sic hic text. in cap. venerabiles de preb. nec alii text. iuris canonici loquentes de scientia eminentia. Eminentis dicitur eo, quasi præ- aliis manens, vnde scientia eminentia est, quæ manet penes aliquem præ aliis, allu- sionem vocabuli insequendo, quæ bona aliquando est. l. 2. §. murui dario. ff. scier. per. Ille ergo dicitur eminentis scientia, qui præ aliis maiorem habet scientiam, & be- ne scit respondere quæstionibus proposi- tis. Ego vidi aliquos respondentes ad omnes quæstiones ex tempore, tamen non dicebam eos habere scientiam eminentem, quia non bene respondebant, sed quodam cau (Apollinis in lata) omnibus responfa- dabant indiscriminatim, & melius forte ex tempore respondebant, quam cum li- brorum reuolutione.

*Mediocris  
scientia*  
Mediocris est illa quando scit respon- que dico-  
dere cum reuolutione chartarum, secundum tur.  
Pan.

*Pari in d.c. cum in cunctis.* Ego intelligerem mediocrem scientiam communem, quando habet multos sibi pares. Nam mediocris dicitur quasi medium tenens. Aduocatus ergo, vel doctor qui est doctus, sed non excedit alios in doctrina, dicitur habere scientiam mediocrem, unde ingenuus, qui manifestauit desertorem imminutate mediocris loci potiatur. *l. i. C. de deserrorib. lib. 12. vbi gl. exponit mediocris. i. pauper.* Ego tamen exponerem mediocris loci, i. mediocris rei, vel fortunarum, per l. quid in in testamento ff. de leg. 2. ibi, aut ex magnitudine eius pecuniae, aut ex mediocritate facultatum. *vide text. in l. cum h. §. si in annos. ibi, honestioris loci. ff. de trans- alt. &c.*

*Sufficiens  
scientie  
qua.*

Suficiens vero dicitur, quando per illa expedire scit ea, quæ sibi & suo beneficio, vel officio incumbunt, quæ arbitrio iudicis relinquuntur, et se Bonif. de vitali. in clem. 1. q. 1. de crat. & qualit. ideo nobilis, qui sequitur militiam, est sufficiens literatus, si sit instructus in grammaticalibus & historiis, et se Barb. in d. cons. 34. nu. 36. in 2. vol. quia tam exactam scientiam non requirit militia, nec verbera, sed prouidentiam, robur & vigiliam, et se Vegetio de remilitari. [Et iste text. ideo dicit eminentis scientiae, non eminentis artis, quia si fuerit aliquis excellens latomus, vel armiger, non potest nominari, quia non est excellentis scientiae, licet contrarium factum audiamus, quod in perniciem animarum, & ecclesiæ elusionem cedit, ideo dolendum.

*excellentis doctrinæ a qui iuxta sui ordinis regularia instituta ad gradus b huiusmodi assumi non possunt, sub prohibitione præmissa minimè c comprehen- sis, sed de-*

*Quæ dica- a Excellentis doctrinæ.) Id est, ex-  
tur sci- cedentis, vel maximè, & sic ratione excel-  
entia est, quod alias non fieret. Nam rati-  
onē excellentiae in mulierem compre-  
mitti potest, c. dilecti. de arbitriis. Spec. ro. titul.  
§. potest esse in princ. Vnde licet inter Rota-*

auditores non debeat admitti quis, nipi- us examinetur, etiam si sit doctor, & no- tus, et dicit Bald. in c. scriptum. colu. viii de lech. Tamen si esset docto[r] valde excellens, & maximus nominis, recipi poterit sine vlo examine. arg. l. sed & reprobari. §. amplius ff. de excus. ut ibi, valde disciplinatus, & ibi Bald. dicit recedi ab statuto propter eminentem scientiam alicuius, vel salem est iusta causa dispensandi, & ita quandoque fit Romæ, teste Decio in cap. confititus. not. 4. de app.

Idem seruat in parlamentis Francie, ut non soleant consiliarios recipere sine examinatione, nisi sint doctores valde ex- cellentes, & magni nominis per supradicta, vel nisi sint nominati ab eis, quia non possunt reprobare, quod semel nominando approbarunt. L. in arenam. C. de mofic. us. Item doctor legens extra patriam suam gaudet priuilegiis, & excusat à muneri- bus suæ patriæ datis præsentibus quando est excellentis scientiae per d. §. amplius. quia ubique sit, dicitur esse decus & gloria suæ patriæ. Bar. in tract. de pre stan. card. m. 14. 1. paris. nu. 58. & in proce. cle. in verb. salutem. colu. ii. vers. 8. si doc. Et minor 18. annis, sicut excellentis doctrinæ (que in eo non pre- sumitur) potest gradum doctoratus afflu- mere. Bene. in c. Raymurtius. in verb. adole. na. 18. de test. alk. Bald. in l. i. §. in prædictum ff. de legi- tute. nu. 21. & seq. facit. l. ad bestias ff. de po. & ibi mutua addidi.

Non ergo est mirum, quod hic refe- tur nominatio de homine excellentis do-ctrinæ, licet non sit ut supra qualificatus, quod intelligiverum, quando est religio- fuis reformatus, secus si sit secularis, quia is potest sive licet, has textus qualifications habere, si non habeat, impetrari ei, etiam supra dixi per regem nominari, & multum attenditur vita, ut patet in beato Nicolao, fuit enim, licet laicus esset id temporis, ob D. Ambrosius in archiepisco. antequam esset baptizatus. cap. statutus. §. his omnibus. & diffinit. Et sic hæc exceptio est valde e- legans.

*Nota tamen, quod si aliquis propter Igneum*

*universitas falsam rumorem esset à rege nominatus, & postea reperitur ignarus, qui peritus credebatur, debet cassari eius nominatio c. f. de ex. & qualit. glo. sing. in c. venam. 35. q. 9. in practica tamen est difficile obtinere. vide Bart. in l. cuius quid. & que ibi addidi in fin. ff. si cerum pet. & que dixi in tract. nomi. q. 21. n. 11. Ideo bonum esset quod hi latomi & voraces armigeri, & pantiuoribz ab eisdem ecclesiis, quibus indebet pfecti sunt, iuste & sancte amouerentur, & stolidi protonotarii studerent, & in scholis prudentiam acquirerent, & iuuentutem purgarent, antequā eis ecclesiarum reginina committerentur, quia infirmatur ecclesiæ regimē propter multorum stoliditatem pfectorum, deus prouidere velit.*

*Qui gra- b Ad gradus.) Doctoratus, licentia, dūs sūt re- vel baccalaureatus etiam in Theologia, vt ligis per obseruantes Carthas. Cœlestini, & alij id genus religiosi, nec assumi possunt etiā habita licētia ab eorum superioribus, quia cum sit statutis illorum prohibitum, & il- la statuta sint per Papam confirmata, non poterit inferior à Papa illis quo ad hoc de- rogare, nec dispensare, per rex. in cap. dilecto. de p̄ben l. ad gradus tamen honoris & uti- litatis in suis cōuentibus admitti possunt, ideo poterit quis esse pincerna, clauiger, sa- crista, prior, vel alios gradus monasterij re- cipere, nec prohibet hic tex. cum dicat hu- iusmodi, & supra locutus fuerat de gradu doctoratus & licentia, & in religionibus est dare gradum, teste Alberic, in verbo religi- versic. sed nūquid. Nam primum gradum tenent, qui ordinantur ad docendum, seu prædicandum. Secundum illi, qui ad contemplationem. Tertium illi, qui ad exte- riores actus pfectiuntur.*

*c Minimē comprehensis.) Scilicet cō- sanguineis regis sublimibus, ac religiosis, & sic hi tres hic excipiuntur, vt supra di- xi.*

*corum personis & dictis b eccle- siis pro tempore vacantibus ad dicti regis nominationem per nos & successores nostros, seu sedem*

huiusmodi liberē & prouideri pos- sit.

a Personis.) Apparet igitur per hunc tex. regem posse nominare consanguineū suum, vel sublimen non qualificatum ad e- piscopatum, vel archiepiscopatum, opor- ter tamen quod ille sit persona, id est ratio- nabilis creatura. Card. in c. 2. §. cum verb. de cō- cēsi. prob. Quippe persona dicta est, quod per se sonat, & est natura rationabilis, indi- uidua substantia. Lucas de pema in l. 2. col. 2. C. de delato. lib. 10. vnde philosophi tria esse necessaria, antequā persona dicatur, ar- bitrati fuere Primum, vt sit individuum. Secundum, quod sit in genere substantiæ. Tertium, quod sit rationale, & per hoc ex- cluditur non natus, vel natus & adhuc in- fans, vel puer, quia non est persona, id est, rationabilis creatura, & si fuerit nominat- tus, debet per Papam repelliri, quia istis non debent committi tot milia animarum, quibus non committerentur duo falco- nes, vel pira, seu poma, custodienda, vnde dicebat quidam:

Petro, non puer, claves Deus ecclesiarum  
Tradidit, arg. Dei iustitiae habere vices.

Hodie vero dicitur his puerulis:  
Est puer, & nōdum discernere possumus, vt cū  
Femina, vel mas sit, & modo presul erit.

Talibus est hodie cleri populū, puerulas,  
Atq. dominus domini cura regenda data.

Talibus ecclesia est Christi suffulta columnis,  
Decider ante suam præiugulata diem.

Item per hoc verbum, amens, furiosus, prodigus, prohibentur nominari, quia propriæ appellatione personæ hic non ve- niunt, vt dixi in gl. personis. §. statutus. 2. de col. infra. licet quandoque in alia materia posthumus persona vocetur. S. posthumi in- stit. de exhereditat. liberorum. Item si essent al- ias inhabiles, non debent nominari, de qui- bus scripti in tractat. de pacifi. posse. in 4. lumi- ta. vult ergo hic dicere text. quod isti con- sanguinei & sublimes possunt nominari, licet non sint doctores, & supradicto mo- do qualificati, requiritur tamen quod sint personæ, & habiles de iure naturali, alias non possent dominari. De religiosis si sunt

R.R.

Primus  
gradus est  
p̄fici ad  
diplam.  
etc.

reformati excellentis scientia & doctrina,  
vt requirit h[oc]c tex. non est dubium, quin  
sint personæ.

*Ecclesiæ de-  
per-  
pro-  
debet, non  
per-  
ecclesiæ..*

(*Dicitur ecclesiæ.*) Et sic ecclesiæ de-  
bet prouideri de persona, & non persona  
de ecclesiæ, quod non fieret, si prouidere-  
tur de istis inhabilib[us]. Item dicit tex. dictis  
ecclesiæ, scilicet metropolitanis, & cath-  
edralibus, & sic de aliis beneficis non solet  
istis mendicantibus in hoc regno prouide-  
ri etiam per dispensationem Papæ, cū per  
hoc auferatur substantia regule, & gene-  
retur scandalum laicis, imo si illis fiat ali-  
cuius beneficij collatio, & illud per trien-  
nium possideat mendicans, non iuuatur  
decreto de pacificis posse. *Et ut 288. in tracta.  
de pacific. posse. dixi.* Præterea dictis ecclesiæ  
potest prouideri de his non qualificatis,  
sed de ecclesiæ dicendis, vt pote de abba-  
tiis non, *vt supra dixi in glo. consanguineis.  
eo. tit.* & de his tamen religiosis reformatis  
non esse iuri contrarium, etiam abbatiis  
prouidere, vel prioribus, quia in his ces-  
satio, quæ in consanguineis & sublimi-  
bus militat.

c *Liberè.* Id est sine qualificatione su-  
proposita, de hoc verbo est videtur glo. in §.  
prefati. i. de coll. in verbis liberè, infra. & glo. in  
§. simoni ac in verbis: liberè, de ele. in prag. & su-  
pra in eo. verb. Et sic nota requiritur in his re-  
ligiosis antequâ regi nominari possint:

*Quare  
quirantur  
antequam  
religiosus  
per regem  
nominari  
posse.*

Primò, requiritur quod sit religiosus,  
*ibi, religiosus,* si ergo esset secularis, licet ef-  
fer sanctorum vita, vel excellentis doctrinae,  
non posset nominari sine qualificatione  
supradicta, quia poterit habere qualitates  
has, si velut, assumat, ut capax fiat, de quo su-  
pra dixi.

Secundò, requiritur quod sit religiosus  
mendicans, *ibi, mendicantibus,* secus ergo in  
aliis, quia de his ex presbit, ergo de aliis ne-  
gat. *l. cum prætor. ff. de iud. dixi in gl. mendican-  
tibus quo modo intelligatur.*

Tertiò, requiritur quod sit reformatus,  
*ibi, reformatis,* si ergo esset religiosus dislo-  
catus, vel bonus curialis, eum non admit-  
terem.

Quartò, requiritur quod sit eminentis

scientia & excellentis doctrina, *ibi, emi-  
nentis,* & declarauit *supra in gl. eminentis. &  
gl. seq.*

Quinto, quod illereligiosus non possit  
assumere gradum propter statuta sui or-  
dinis, *ibidem in iuxta. &c.* Si ergo posset, requi-  
ritur equaliter *supra scripta, ut assumat  
gradum, & alia supradicta, si vero esset pau-  
per, eius ratione non posset assumere gra-  
dum, non tamen excusat, sed impossibilitas sic  
continuit. §. illud. ff. de verb. oblit. l. impo-  
bilium. de reg. iur.*

Sexto, quod nominetur per regem, *ibi,  
addicti regi nominationem.*

Septimo, requiritur quod ecclesia sit va-  
cans, ad quam nominatur, & eo tempo-  
re quo nominatur, *ibi, pro tempore vacan-  
tibus.*

Ottavo, quod per Papam nominatio  
recipiatur, *ibi, prouideri posse.* & intellige  
concurrentibus supradictis Papam teneri  
huic nominato per regem prouidere, alias  
veniret contra suam conuentionem, & sic  
cum his declaratus erit hic primus. §. trā-  
eo ad sequente.

### S. M O N A S T E R I I S.

H *ic §. diuiditur in quatuor partes in  
prima concedit regi nominationem  
in monasteriis & prioratus conuen-  
tualibus, & vere electiis in suo regno va-  
cantibus, & Delphinatu comitatu, Di-  
illiq[ue].* Primo præstituit tempus sex men-  
sium ad nominandum habilem & idoneum.  
Secunda pars concedit regi, qui primò no-  
minauit non qualificatum, vi posset va-  
riare, & qualificatai personam intra alios  
tres menses nominare, *ibi, sive idem rex.*

Tertia, excipit duos casus, in quibus Papa  
liberè prouideret, *ibi, aliqui dicti, &c.* Quar-  
ta electiones & prouisiones contra pra-  
missa factas irritat, *ibi, electiones, &c.* & fit *elucida-  
tis hoc loco summarij ad istum. §. [Pondera-  
ad §. me-  
da sunt verba tex. huius §. in quo quatuor nomena  
requiruntur. Primò quod per electionem de moni-  
astis, aliqui assumptum reuocari natione  
potest. c. cum ad monasterium. §. talis. de statu reg. in con-  
mona. secus si per electionem cap. 2. de statu corda-  
monacho.*

monacho. Secundò quod prioratus sit verè electius: ergo si per præsumptiones probaretur, non haberet locum iste tex. etiam si ex fundatione appareret quod esset verè electius, non haberet locum iste text. nisi consueuerit forma seruari. *c. quia propter. v. de Bal. in l. si de falso causa electius leg.* Tertio quod in eius electione forma capi. quia propter seruari consueuerit, quia seruari non debet nisi in prælaturis & prioratibus, in quibus ecclesia est viduata pastoregl. *& dicit ibi, De Rota decisi. 452. ex hinc. vbi* hanc opinionem dicit euangelicam: & hoc propter magna pericula quæ imminent illis ecclesiis. Ideo tex. loquitur eum misterio, quod si in illis prælaturis non consueuerit seruari forma c. quia propter non comprehendenderetur hic per hoc verbum, et si consueuerit forma seruari, etiam in aliis inferioribus dignitatibus voluit hic comprehendere, sed ad tollendum dubium illius. c. quia propter addidit verbum consueuerint. Quarto quod electionum confirmationes solenniter peti consueuerint: & verbum consueuerint in duabus ad minimum verificatur, gl. xl. in l. 3. C. de episcop. ad. *& inc. cum eccl. Surina. in verbis tertio de causa posse. si ergo ista non apparent, non habebit locum text. quia de his quæ non sunt, & non apparent, idem est iudicium l. duo. ff. de iust. iut.* Item si probetur quod prior habet alium supra se, non dicitur tunc ecclesia viduata, ergo in illo non habebit locum d. c. quia gl. in c. cupientes. in verbo, regularium de elect. in 5.]

### §. Monasteriis a verò & prioratibus b conuentualibus, &

*a Monasteriis.* Monasterium propriæ monachorum vocatur habitatio. l. generali. C. de sacrosanct. eccl. 16. q. 1. cap. placuit. 2. An comprehendantur hic monasteria monialium? videtur quod sic per tex. in capit. monasteria de vita & honesta cle. & capital. monasteria. quest. 2. ca. uno. de statu regul. in 6. text. unius. gloss. in cle. 1. de elect. vbi vocantur monasteria, & text. in monasteriis per hunc text. habet nominationem, ergo & in istis. In contrarium videtur, quia illa non di-

citur simpliciter monasteria, sed cum adiuncto, monialium, & quod aliquid profertur cum adiuncto, non est illud propriè sicut cum dicitur homo mortuus, sententia arbitri. Bart. in l. Lucius. §. que sum. ff. de leg. 3. facit. l. 1. §. 1. ff. de donat. vbi donatio conditionalis non dicitur propriè donatio. *De ci. is in trib. de proba. co. 10. ver. 6. Aretin. Diximus repet. l. quod iustitia nra. 65. in pref. ff. de re iudi.* Tantum abest quod verbū huius tex. presbyterum conueniat mulieribus, ut iure sati est cautum, ergo nec huius tex. decisi. l. 4. §. toties ff. de don. infest. Item forma c. quia propter in electionibus monialium non seruat, quam requirit hic tex. sed forma c. indemnitatis de ele. in 6. Pan. in ca. ad probandum. col. r. l. de re iud. glo. in §. & cum humane. in verbo abbatis de ele. in prag. Et in materia odiofa, ut hic & pœnali appellatione abbatis, non venit abbatissa. c. quoniam de sonori. [vbi vtrunque exprimitur & regulariter vbi vult moniales comprehendere, ] c. postulatis. §. vni. de cler. excom. minist. vbi exprimuntur moniales, & in cle. rna. de consang. quandoquidem si conditores de monialibus intelligere voluisserint, expreſſissent. c. ad audiendum. de decim. Maius quippe est periculum in monialibus, quam viris, quia haec potius facerent se faracenas, quam idiomam illis reciperent. c. tuanos. de tureiu. Ideo vidi quasdam nominations per regem factas, in quibus dicebat Papa, prouidemus tali N. dummodo monialium maioris & seniorioris partis consensus interueniat. Et sic he moniales eligere poterunt etiam hodie, & in his cessabit regis nominatio.

Item priuilegium concessum fratribus minoribus, vel prædicatoribus, non extensum ad forores etiam illorum ordinum. Alex. conf. 15. vñ. testamento. col. 2. vol. 4. & Barb. conf. 50. clementissimum. in fi. vol. 4. Etiam rex non nominat in monasteriis conuersarum meretricum, de quibus per collect. in c. 2. de reg. nec ad monasteria viuarum, sed ipsæ elegi, vel si ex fundatione competat prouidio Papæ, ille prouidebit. Nam in hoc text. non comprehenduntur, dum dicit illorum conuentus, non dicit illarum, &c. & ibi illorum occurrente, &c.

R R r 2

Et in odiosis & differentibus masculi-  
num non comprehendit femininum. glo.  
& doct. in capit. generali. de elect. in 6. Decan. l.  
femine. ff. de reg. iur. script. in l. i. ff. de verb.  
sign.

**Prioratus** b Prioratus conuentualibus. )Cō-  
conuentualis prioratus dicitur vbi est congre-  
gatio religiosorum, tam ex proprietate.  
quām ex communī vſu loquendi. De Rīpa

in c. cum eccl. in 3. no. decan. poſt & propr. doct. in  
el. & ſprinc. de reſcr. Pan. in c. cun terra. no. 1. de  
ele. vbi congregationem religiosorum di-  
ci conuentum: ſecularium autem capi-  
tulum, dixi in §. volumus, in glos. collegiat. le  
coll. infra. hoc pulchre declaratur in hoc  
tex. ibi, dum dicit religiosum eiusdem or-  
dinis, & in ver. Si vero, vbi ſecularis eſt in-  
habilis ad iſtos prioratus, ergo intelligitur  
de regularibus, alias ſecularis non eſtit in-  
habilis. Prioratus vero nomen ſimpliciter  
prolatum, ad ſecularem & regularē ex-  
tendit potest, eſt enim prioratus verbum  
generale. gloſ. & doct. in c. cūn de beneficio de  
pref. in 6. tamen hic debet intelligi tantum  
de prioratu conuentuali ex fundatione, vel  
ex praescriptione. c. cūn de beneficio.

Etsiſcratione adiuncti verbi conuentua-  
lis, non comprehenduntur hic prioratus  
ecclesiārum collegiatarum ſecularium, &  
per ea que conſultus Geminus conf. 13. quoniam  
beneficium col. 2. vbi dicit conſtitutionem  
Papæ diſponentem prioratum conuentua-  
les vacare, si electi non fuerint intra ſex  
menses promoti ad ordinēs requiſitos,  
non comprehendere collegias ecclesiās  
ſecularium, præpoſituras, vel decanatus  
illatum ecclesiārum, quia in materia ex-  
orbitanti, quæ diſponit contra ius anti-  
quum, vteſt iſta, appellatione monasterij  
non comprehenduntur ecclesiā ſecula-  
res, tex. & ibi gl. arc. 1. de elect. in verb. mona-  
ſteris & grandi de ſuppl. neglig. prela. Ioan. And.  
in c. Ioannes. col. 2. de regul. etiam appellatio-  
ne ecclesiā conuentualis venit ecclesia re-  
gularium, non ſecularium. ele. i. de reb. ecclē-  
ſia. n. die.

Item quia tex. in §. ſi. infra. eo. ponit diſ-  
ſentiam inter capitulum & conuentum,  
& exprimit virutumque, ideoſi voluiffet iſte

tex. de vtroq. intelligere, etiam exprefſi-  
ſet. c. ad audiētiā. de deci. ergo non habebit  
locum, ſi dignitas ſecularis eſt electua  
& in ea ſeruaretur forma. c. quia proper ex-  
tra exprefſas. in §. ſuprā. proxi. & in gl. in §. ſed  
quid per electiones. in verbo collegialis. de elect.  
in prag. quod eſt notandum, quia videtur  
dubitari.

Quid ſi declaratum fuerit per Papam Declaran-  
telle comprehendendit, an comprehendendat? quoniam ſi  
Reſpon. non per modum declarationis, emul-  
cum hiſ nullo modo comprehendendantur.  
ſeculares dignitates electua non expre-  
ſſæ ſupra eo. ſed bene per modum addi-  
tionis, in qua eadem ſolemnitas requiriſt,  
quæ in faciendo vel in defruendo, antea  
contra. C. de rep. in hoc caſu requiriſt noua  
acceptatio per regnum, ſicut in aliis.

Item noua proclamatio & recitatio, de  
quibus dixi in rub. de regia acceptatione. inſa-  
nec poterit retrotrahi hæc declaratio, et  
iam ſi diceretur, quia extrema ſunt inha-  
bita.

Primum, videlicet à quo, quia non com-  
prehenduntur ſub hiſ verbis, & extreum  
ad quod, in not. n. l. ſi qui pro empore. f. de  
ſuſcap.

Nota quod is qui habet hunc prioratu  
conuentualem, dicitur in dignitate. c. n. p.  
in ſi. de pref. ideo potest eſſe iudeſ delega-  
tus Papæ. c. ſtatutum. in prim. de reſcr. in 6.  
ele. & ſi principaliſ illo in quia ex quo habet  
collegium & iurisdictionem in illo de  
collegio, iuxta nor. in c. cūn ab ecclēſiarum de  
offi. ord. O. Idr. conf. 257 factum tale in 34. Si ve-  
rò nullos habeat monachos, non dicitur  
habere illam dignitatem. Iaf. conf. 77. poſ-  
ſupponitur. col. 6. in 1. vol.

Poterit tamen rex nominare ad illum Nonnū  
prioratum conuentualē, licet nō habeat arcu. poſ-  
monachos, tam quia non definit eſſe prior. ſi ad prior-  
atus conuentualis, tum etiam, quia illaſ ratiō nō  
eſſet in potestate prioris, remouendo reli-  
gioſos regem ſua priuare nominatione, nac̄o  
quod nō eſt permittendum, & hic rex re-  
quirit prioratum eſſe conuentualem, &  
verē electuum, & non religiosos: ergo ſi  
defint, nō raiuſ nominabit rex, & quia eſt  
verē electiuſ, habitu ſaltem, p. m. m. cap. 1.  
de eſſe.

An rex ſe-  
culares dig-  
nitates no-  
minare  
poſſit.

de ilo. Et intellige siue sit prioratus monachorum, siue canonicorum regularium, cum omnes sint religiosi. ca. quod de timore de stat. monac. & appellatione prioratus venit uterque. cle. eti. principalis, ubi Bonif. V. Ital. hoc in prim. declarat. descip.

verè & electiuis, videlicet in quorum electionibus forma ea, quia b propter seruari, confirmatione electionum huiusmodi

à rege prouisus probare hoc debet: cum hic requiratur, quod sit verè electiuis, & sic non per presumpções: & sic iudicavit (vt tertur) magnum consilium super prioratu de chancelle contra D. abbatem S. Arreſtus  
Ambr. Bituric. an. 1539. in mense Septemb.

quod est notandum, siue ex preſcriptione fuerit electiuis. Prioratus enim ex preſcriptione collatiuus, licet ex fundatione fuisset electiuis, non comprehenditur hic, sed qualitas presentis temporis est inspicienda. c. cum de beneficio de p̄ben. in 6. & posſesso praesentis temporis attenditur. c. cum ecclēſia de cauſa posſe. ca. consultationibus, de ture patro. & sufficit prioratum esse electiuium de conſuetudine antiqua. Cardin. conf. 103. caſus ſuper quo, col. 3. num. 17. licet ex fundatione non eſſet, vide Dec. confil. 126. in cauſa an prioratus dicatur collatiuus, ſi ſemel Papa conulerit, quod non ibidem concludit, quia de iure deuoluto conſerre potuit. Cardin. in clem. 1. de ſupplen. negli. p̄al. Fed. confil. 6. vacante. In dubio tamen quis praeficitur de iure ad prioratus conuentuales per electionem, per text. in cap. 2. vers. priores. de stat. monach. doct. in cap. 1. & in cap. nobis. de elect. clem. 2. ubi Imol. de rescrip. Alexand. confil. 106. per ſp. in 2. volum. Potest etiam praefici per collationem. cle. ne in agro. §. ceterum. de elect.

b. Quia propter. ) De elect. & ſic nota hic quod non allegatur titulus, dum allegatur decretalis famosa, vel alia constitutio, vt abunde ſcripsi ſupra in proximo, in gl. iura.

c. Confirmationes ) Quæ in camera regis non debent fieri, quia ratione loci timetur impressio dictum est Bal. in rub. de poſtula. p̄relat. col. 1. alleg. c. qua fronte de appell. & conſensus praefitū per epifcopum & canonicos ad mandatum regis, videtur extortus per metum, ideo potest fieri reuocatio. text. & ibi nuncupatum Pan. in 5. no. in ca. cum olim. 2. de priu. Et ſcias quod electio dat principium, confirmatione perfectionem, ingressus officii poſſessionem. Bal. in rub. de elect. col. vlt. & confirmatione eſtiuris quæſiti per electionem corroborativa declaratio.

R.Rr 3

An prefu-  
matur  
prioratus  
electiuis,  
& com-  
prehenditur.  
Et ſic excluditur hic prioratus conuen-  
tualis collatiuus, poſtquam de electuo  
exprefit, arg. c. qualis. 25. diſt. intellige ſue  
ſit electiuis ex fundatione, & an praefu-  
matur electiuis: nā hic duo requiruntur,  
primò quod ſit verè electiuis, 2. quod in  
illius electione ſeruetur forma. ca. quia pro-  
pter. Respondeo non, quo ad hoc, vt hic co-  
prehendatur, tum quia eft odiosum, tum  
etiam quia non eft verè electiuis, ſed praefu-  
mptiuæ, qui hic non includitur is, ergo

**Quid sit,** Card. in cl. 1. § nos itaq. 20. not. de iure iur. Nota quod confirmatio est triplex. Prima sit occulte per surreptionem ut ius forsan alterius supplantetur, & haec non valet, arg. d.c. quia propter inf. § c. vlt. de ele. in 6. nec producit aliquos effectus, arg. c. cum olim de do. b. § c. cum olim de causa posse. & propriet. Secunda est, quando superior premissa quadam citatione generali, nemine se opponente confirmat, & haec approbatur in capl. de ele. in 6. quæ c. tallo habet etiam locum in electione abbatis gl. in c. indemnatis bus. § 1. in gl. in obstante de ele. in 6. de Ripa, cons. 14. non videtur. in 2. lib. resp. Tertia est, quando superior contra dictorib. citatis nominarium & auditis in iudicio confirmat electionem. & dicitur loquitur cap. bone memorie pri-  
mum de elec. & c. cum elec. s. ibidem d. c. fin. de ele. in 6. § tex. m. c. § 1. a. l. t. in prag. in gl. inquisitionis. & quid debet confirmans inquirere, tradit ibi gl. in verbis circumstantie, & si nolit confirmare, vide gl. in c. pen. de post. prelat.

**Electio quando habeatur in confirmationis.** Nota tamen, quod si ad eligentem Ipe-  
t et electio, & confirmatio eodem iure, tunc electio habet vim confirmationis, se-  
cusi diuerso gloss. in verbo, elec. capl. circa.  
& in cap. 1. in verbo prouisionem de elec. in 6.  
Compostell. in cap. cum inter canonicos de elec.  
Nicol. Milnus. in verbo elec. que fl. 2. Quæro an  
electus in abbatem & confirmatus, si post  
appellationem inducatur in possessione,  
possit inhiberi, ne lite pendente se immi-  
litat. & an electione & confirmatione  
cassatis acta per eum valeant? tradit Aegi-  
dius de Mandelbertis, in q. 2. Tius, &c. Et  
an tex. videatur confirmare statuta ciuitatis,  
quando iurat ea seruare: quod sic, con-  
fult Bald. cons. 86. per statutum. m. 3. volum.  
per tex. in 1. cum pater. § filius marem. s. de leg.  
& quod est bene notandum.

**Rex iurans statu-  
ta seruare ea confir-  
mat.** Solenniter & per consueverunt  
in regno, Delphinatu & comita-  
tu huius modi nunc & pro  
a Solenniter peti.) Ut in capit. fin. de  
elec. in 6. & haec confirmatio debet peti ab  
electo, vel eius procuratore intra tres

**Quis con-  
firmatio  
nem petere  
& confir-  
mare pos-  
set.**

menses, computandos à die præstiti con-  
fensus, suæ acceptatæ electionis, quam in-  
tra mensem tenetur iusto celante impe-  
dimento acceptare, alioqui electioni ini-  
tum cadet. cap. quam sit. & cap. si electio. ter-  
lect. in 6. poterit etiam confirmari requi-  
riper electores. cap. cum ecclesia. & ibi ipa.  
Anch. & Card. de causa posse. ve per amicum  
electi etiam sine mandato, dummodo elec-  
tus intra tres menses ratam habuerit hu-  
iusti modi petitionem, argum. l. honoris f.  
rem ratam hab. gl. in c. duoden. 2. in prim. de elec.  
cap. postquam. & ibi preposi. 50. diffin. gloss. in  
verbis presentata. §. facta. de elec. in prag. viii  
etiam dicit populum posse petere confi-  
rmatione electionis surprælati, per cap. quid  
de timorem, de statu monachorum. quia co-  
rum interest habere bonum prælatum, &  
haec confirmatio poterit fieri ubique, tam  
in ecclesia, quam in loco solito reddi ins,  
vel in alio loco honesto. argum. l. si can. dea.  
§. si arbitrii ff. de arbitrii. hoc expressum tradit. bal.  
in l. si vi proponis. 2. in fin. C. quonodo & qua-  
do iud. Inol. & Perus. in ca. qua fronte per illum  
text. de appell. Quarto quis confirmare pos-  
sit. Relpon. Papa confirmat electos ad  
dignitates, quæ immodicè sub sunt Roma.  
pontific. sive sint episcopatus, sive abba-  
tiae, vel alia superiora dignitates. cap. nihil  
de elec. vbi dicit Inn. confuetudinem ca-  
ria esse, vt non soleat confirmare, nisi duobus  
qui interfuerant electioni, præsentibus,  
qui confutudo hodie non feratur.  
vide quomodo petatur ista confirmatio  
Papa, per text. in cap. cupientes de elec. in 6.  
imo etiam haec confirmatio potest à Papa  
fieri, sive immodicè sub sunt electi, sive  
non, quia Papa concurrebit in potestate &  
iurisdictione cum quolibet aliis inferiori.  
cap. ad Romanam. 2. que fl. 6. cum la. per mu-  
dum. & cap. per principalem. 9. que fl. 3. sic ex-  
presse tradunt Card. & Inol. in d. c. cum eccl. o.  
de causa posse.

Legatus in prouincia sibi decreta po-  
test confirmare. lo. And. & alii. in d. canib. &  
in c. cum venerabilis. de consuet. per c. si abbatem,  
de elec. in 6. & quia in prouincia sibi com-  
missa concurrebit cum quolibet ordinario.  
c. 2. de off. leg. in 6. Episcopum vero non ex-  
emptum

emprum confirmat archiepiscopus. c. illud.  
et dist. e. cum dilectus de electione; etiam si ar-  
chiepiscopus nondum esset consecratus.  
equoniam. no. dist. arg. c. nos. & c. transmissam.  
de elect. Archiepiscopum confirmat primas,  
seu patriarcha, si sit, alias Papa. cap. qui rigi-  
tur. Tibi gl. 63 dist. Arch. in e. de persona. &. dist.  
c. mos ibidem. c. ad translat.

Electos autem ad dignitates inferiores  
episcopo, si non subsint immediatae Papæ,  
episcop. poterit confirmare in sua diocesi, vt  
abbates, & alios. cap. 118 q. 2. & ibi gl. ca. cum  
olim. de maior. & obed. Et fede vacante capi-  
tulum poterit confirmare eos, quos epi-  
scopus potuisset. gl. in d. c. cum olim. & mca.  
i. de trans. episcop. lmm. & aliis in d. cap. ad absen-  
tiam. de hered. Ioan. de Paulinis in tract. de offic.  
& postulat. cap. fede vacant. in 2. parte. que. 7.  
Electiōnem vero imperatoris confirmat  
Papa, qui illum examinabit. cap. venerabi-  
lēm. de elect.

Electiōnem Papæ nullas confirmat,  
nempe quia in mundo non habet superiori-  
rem. c. 23 dist. & hæc confirmatio prius fieri  
debet, quam consecratio, alias non valet:  
c. prouida. de elect. in 6. gl. & doct. in c. cum olim.  
de dolo. Et si pro hac confirmatione detur  
pecunia, simonia est. n. §. si vero in verbo si-  
moniac. de elect. in pragm. Et quod requiri-  
atur in episcopo confirmingando vel alio, &  
qualiter fiat confirmatio, & quis sit effe-  
ctus confirmationis declarat. Bertach. in  
tract. de episcopo. in 2. parte. 3. lib. & in parte seq.  
in fin. In hoc regno sublatæ sunt cum elec-  
tionibus. [Electio prioris in ecclesia con-  
uentuali, seu regulari, vel seculari colle-  
giata spectat ad conuentum seu capitu-  
lum vel collegium, i. de elect. & ca. 2. de statu  
terrel re- monacho. c. congregatio. 16. q. vlt. gl. in cap. quan-  
tum. quam de elect. in 6. & regulariter quis debet  
per electionem adsumi ad prioratum co-  
uentualem, cle. 2. vbi Inol. no. de rescr. Item  
non valet consuetudo quod electio expe-  
ctans ad ecclesiam conuentualem, debeat  
per viam nominationis expendi, c. cū terri-  
de ele. vbi Ant. de But. dicit, non valere sta-  
tutum ecclesiæ per quod disponitur quod  
non possit prouideri ecclesiæ, nisi per viam  
nominationis, vel postulationis: quia ec-  
clesiæ trib. modis prouideri potest. c. bone.  
i. de postula. prel. sed in concordatis valet. cū  
sit eidem iuribus derogatum, & per viam  
constitutionis, c. 2. de in integ. rest. cum eccl. &  
vulcerana. de elect. gl. in d. c. quinquam. de elect.  
in 6. Ale. conf. 106. perspectus. col. pen. ver. 9. proba-  
tur. in 2. vol. tamen decisio concordatorum  
cum sit iur. contraria. debet restringi, & sic  
in suis propriis terminis intelligi. Præterea  
generalis potestas data per papam alicui,  
vt possit addere, minuere, mutare, & cor-  
rigere statuta eccl. non extenditur ad  
electionem vt possint electionē prioris in  
eccl. regularibus mutare, sic consulu.  
Alex. conf. 106. perspectus. colu. 2. volu. 2. sic ergo §.  
monasteriis. non videtur auferre electionē  
his qui non consueuerunt petere confir-  
mationem solenniter, vt dicitur in tex].  
tempore etiam per similem cef-  
sionem a vacantibus b illorum.

a Cessiōnem. )Factam in curia, de qua Cessiō  
in princ. huiusmodi. supradictum existit. Et licet resignatio  
quidam voluerint subtilem præbere diffe-  
rentiam inter cessionem & resignationem,  
vi gl. in reg. cancellariae 43. dicens, resignatio-  
nem esse, quando quis possidet beneficium:  
sed cedere est ius, quod habet dimittere,  
etiam si non possidat, tamen hic non sit:  
illa scrupulosa differentia, qua siue abbas  
cedat iuri, quod in abbacia habet, siue eam  
possidat, siue non, requiritur regis no-  
minatio, vt hic probatur, & illa differentia  
glossæ confunditur per text. in c. suscep-  
ture. si bene inducatur. Et per gl. ex-  
pressam in rub. de renun. in clem. & Bonifa. in  
cle. vna. col. 1. ibi.

b Vacantibus. )Nunc, & sic secundū  
quosdam comprehenduntur abbatiæ, seu  
prioratus vacantes tempore horum con-  
cordatorum, licet alii dicant non compre-  
hendi, sed primæ opinioni adhæreo per  
hæc verba tex. nunc & pro tempore, &c.  
vide gl. in verb. vacationem. §. prefatig. gradua-  
ti. de col. infra. & que dixi in verb. vacantib. §. 2.  
supereo. Quero quorū modis dicatur bene-  
ficium vacare: respondeo, multis.

Primo, per mortem, c. suceptum. de rescr.  
in 6.

Secundo,

Potestas:  
data à Pa-  
pa corrige-  
di, &c..

Quot modis dicitur vacare beneficium.

Secundò, per depositionem & priuationem. cap. ex literis. & cap. grauem de excessu prelat.

Tertiò, per electionum cassationem. canon. 2. & 3. de postul. prel.

Quarto, per postulationum repulsionem. tex. in extraug. ex debito de elect. in commun. c. 2. & 3. de postul. prel.

Quinto, per renunciationem simplicē, vel causa permutationis factam. ca. i. de rer. permis. in 6. & per totum vir. derenunc.

Sexto, etiam per translationem, nam eo ipso quod translatus consentit translationi vacat prior ecclesia. cap. in apib. 7. q. 1. post tamen adeptam possessionem secundum gl. & doct. in c. si quis iam translatus. 21. q. 2. c. quanto de trans. epis. c. cum singula. §. prohib. bensus. de prob. in 6.

Septimò, per ingressum religionis & professionis ibidem factam. ca. beneficium. de reg. in 6. facit c. ex transmissa. de renunciatione. c. Confalibus. 17. q. 2. & habetur in regul. cancell. 44.

Octauò, vacat primum beneficium, quando quis aliud violenter occupat alio in possessione existente. c. eum qui. vbi dixi. de prob. in 6.

Nonò, per contractum matrimonium, vel sponsalia per verba de presenti. gl. in c. 1. de cler. coniug. in 6. Panor. in c. illis cit. Auffr. decisi. 239. gloss. & doct. in elem. gratie. de script.

Decimò, per adoptionem beneficij secundi incompatibilis pacificam vacat primum. c. de nullitate de prob. c. 1. de consuetu. & in extraug. exercitabilis. de prob. in extraug. loan. 22. Etiam ius ad rem. cle. gratiae. de rescrip.

Vndeclimò, si habens ecclesiam parochialem non fuerit promotus intra annum. c. licet can. de elec. in 6. nisi iusto fuerit detenus impedimento c. commissa. de elect. ibi.

Duodecimò, si electus intra mensem à tempore electionis præsentata, vel si à tempore sibi præstituto non consenserit, vacat prælatura. c. quam sit. de elect. in 6. extraug. si religiosus in communib. de elect.

Decimotertio, si electus intra tres menses post consensum electioni præstitum

non petierit confirmationem iure quod habet per electionem, priuatur ipso iure. d.e. quam sit in s.

Decimoquartò, vacant beneficia episcopi electi post confirmationem, & tres menses datos ad perendum consecrationem. c. cum in cunctis. §. cum vero de elect.

erā*  
clēsia habeat speciale priuilegium eligen-  
di, eligere poterit, licet hic non fiat specia-  
lē de ea mentio. Episcopatus quippe in  
ecclēsia est nōmen generale; quod sibi et  
iam Papa non veretur assūmēre, vt in pro-  
cēdīo Decreta: & Sex: & Cle. patet, ut fu-  
t̄rā eo, rub. de confit.

Item conueniunt verba huius text. me-  
tropolitanis, dum reseruat ius eligendi  
proprium prælatum obtinentibus priuile-  
giū, sed dicitur proprius prælatus et  
iam archiepiscopus. Ergo & hæc disposi-  
tio ad eum extenderit. c. indemnitatis. §.  
*Supradicta de elec. in 6.* Et non intendit præ-  
iudicare capitulis ecclēsiarū hinc Pāpā,  
capitula etiā dicuntur in ecclēsia metropoli-  
tana, vt omnibus est obvium, peregrinatio de  
prob. cle. i. in si de magist. Præterea permittit  
vt eligant iuxta priuilegia eis concessa pro  
archiepiscopis, eligendis, eligent, & liberē,  
& iuxta formam in priuilegiis contentam.

Item si causa esset commissā episc. Se-  
nen. & postea causa pendente episcopus  
est & erectus in archiepiscopū, poterit ar-  
chiepiscopus cognoscere; quia archiepi-  
scopus episcopus est. Pan. in c. qnoniam ab-  
bas col. pen. devī. deleg.

hæc concordata concederet, quia non va-  
leret priuilegium, cum hic nolit derogare:  
iam habent. Ergo si nondūm habeat, non  
poterit esse detrimento regi, quin possit  
nominare non obstante priuilegio à Pāpā.  
denouo concessō posthac concordata, ni-  
si huic concessō mis rex consentiret. arg. I.  
pen. C. de pæcl. Ethoc priuilegium eligendi  
concessum canonici regularibus non a  
mittitur, si ecclēsia in alium locum trans-  
feratur, & de regulari in secularem iure  
commutetur. *Iun. in c. 2. de oper. n. n. nunc.* &  
*Ecclesias re-  
gularis ere.*  
*Etiam secu-  
larem, an-*  
*priuilegiū*  
*eligidipen-  
dat & bo-  
canici: in vlt. q.*

Quæ tamen conuersio de regulari ad se-  
cularem non est bona, sed econtra sic, &  
ita olim siebat, nunc contra, nam magis la-  
borantium debet firmior status esse. cap.  
extirpande. de prob. Ita expressim firmat  
Guille. Montehaudu. in cle. i. de rescript.  
quamvis paſſim hodie fiat, ob diminutam  
in nobis devotionem, Deus per suam gra-  
tiam illam augere nobis dignetur: nempe  
ecclēsia ad quam est facta translatio, & ca-  
nonici seculares sunt subrogati in locum  
& ius regulariū canonicorum, ergo & in  
priuilegia subrogati intelliguntur. §. fue-  
rat. in si de act. cle. i. na de supplend. negl. pæcl.

Item in religione debent etiam esse, &  
deuotione subrogari, ne diabolici potius  
quam canonici dici mereantur, quando  
laqueus contritus erit, quia subrogatus,  
&c. l. steum. § qui iniuriarium ff. si quis cau-  
plene Fel. in c. cum accessisse. col. 7. n. 13. cur-  
seg. de const. maximē quando estfavorabile  
ecclēsia. Henric. Boic. in c. ecclēsia. vbi ple-  
nē distinguit, vt lite pendente, sequitur.  
Soci. confi. 92. eleganter. in fin. vol. 3.

Et perut. in cap. cum persone. in fin. de pri-  
uilegiis. m. 6. firmat quod quando ecclēsia est clesia, &  
exempta, & transfertur in alium locum, in aliquem  
non perdit exceptionem, videlicet si ciui. locū trans-  
tas destruantur, & alii ciues subrogentur, lati, non  
gandebunt priuilegiis datis ciuibas illius perdit ex-  
cititatis. Bertrand. cōf. 192. Nulla. nu. 15. in priōne, nec  
2. volu. ex noua imprestione.

Imo si prædia donata sint monasterio ea  
lege, quod redirent ad dantem, si contige-  
ret eos in utere habendum, videlicet repre-  
sentare.

I. 1. f. 3.

C. C. M. 5. 1. ) Secus ergo si Pāpā posse

dere, si de licentia Papæ mutent habitum, non poterunt prædia repeti, quia habitus nouis censetur subrogatus in locum alterius. *Ioan. And. & Perus. in d. c. i. §. ad hec derelig. domib. in 6.* quia mutatio status augeri us antiquum, non vero auffert. *I. leg. 1. de senar. I. falsa. §. 4. de cond. & dem. gl. in c. expare. in verbo. Andegauensis. & ibi doct. de foro campus. Bart. in l. fin. C. de Prepo. agent. in rebus. lib. 12. vbi dicit nunquam tolli data priuilegia per concessionem noui, quia non debet operari diminutionem quod ad augmentum inductum est l. legata. ff. de leg. 1.*

Item eadem ratione priuilegia concessa prioratui, non amittuntur, si erigatur in cathedralicm. *Oldr. cons. 267.* quod dominio, col. & domin. cons. 125. *dabia in fin.* Nam si ecclesia priuilegium eligendi non habet, rex non perderet suam nominationem, quamvis mutaretur status ecclesiæ, si nec perdet ecclesia priuilegium, etiam si mutet statum. Etiam bona non perdit regularis ecclesia, quæ transfertur in secularem, vel contra. *Petrus de Perus. in tract. de mutatione status eccles. cap. 3. quest. 1. argum. cap. ecclesiæ, vt lire penden. hoc etiam plen probat Philip. Probus in addit.: ad Io. xiii. monachum in cap. eius de beneficio. de preben. in 6. in mutatione status ecclesiæ Bituri.* & quando fuit regulari in secularem redacta. Ad tollendum tamen dubium rex solet consentire huic translationi & mutationi, vt nuper contigit in ecclesiæ Magalonæ mutatione & translatione ad Montempulianum, anno 1576. Fallit quando priuilegium esset certo ordini concessum propter strictiorum vitam, tunc si non seruerat regula instituta, antiquitus amittitur priuilegium. *Pan. per illum text. in 2. not. in cap. recolentes de statu monach. arg. clericorum negotiantium, vt non gaudent priuilegiis in illis bonis. cap. fin. de vita & honest. cler. [Abundantius dixi in meo consi. an subuentiones debitas monasterio tollantur si monasterium redigatur in secularem statum.]*

Quid si monachus dederit aliquam bona monasterio priori, & postea translatus fuerit in alterum monasterium? Respon-

tunc visusfructus honorum acquisitorum primo monasterio dabitus secundo monasterio, & deinceps acquiret isti secundus monasterio, nec onerulus eidem exilit, sed proprietas honorum ante translatione acquisita primo monasterio, penes illud remanebit. *cap. de lapidis. & thi. glos. 16. quest. 6. Spec. in circu. de statu monach. 2. vobis sed queritur. & quest. 22. Bart. in l. 2. §. fin. ff. de bon poss. secundum statu. Panorm. & ali in cap. quod acce. col. vbi. de cleric. zoning. & cap. imm olim. 2. not. de priuileg. Card. cons. 23. guidan fecit. rub. de regul. Henric. de Per in §. de his insti. per quas perso. nobis acquir. Bart. consil. 19. vbi col. 5. in 3. vol. facit gloss. vbi. in cap. fin. de regul. nisi primum monasterium esset destruatum, quia tunc secundo monasterio applicabitur etiam proprietas, cum primum ariplius non extet, ita res Per. de Perus. in d. tract. de mutant. status ecclesiæ. cap. 2. Et ne sit secundo monasterio onerulus. Quia dicit tamen in fine, quod si in illo monasterio non sit alius religiosus, vel reliquo in giosa episcopus cum contentu sui capituli monasterii poterit donare illa bona alii ecclesiæ, vel qualitate ædificare ecclesiæ, & illa bona assignare pro dote illius ecclesiæ, cum sint vacantes, vel episcopus poterit hoc largiri pauperibus, prout melius viderit expedire. *text. in cap. vno. de relig. donib. in 6. vbi referunt illa bona fedi Apostolice in terræ sanctæ subsidium, vel in alias pios vissus, per locorum ordinarios, vel alias quibus hoc Papa commisserit conuertenda, &c.**

Item nominatio religiosi variis monasteriis ab abbati alterius monasterii, nebetur primum monasterium prouidere vietu & expensis, donec pacificam possessionem habuerit in se: unde monasterio, per cap. cum ad monasterium. §. porro de statu monach. vbi monasterio tenetur prouidere suo monacho in vietu & vestitu, & talis sic nominatus per regem, & prouisus per Papam, est prioris monasterii monachus, donec sit pienè translatus. *cap. si quis. 21. quest. 1. & non dicitur plene translatus, donec pacificam possessionem in alio habuerit monasterio, vel per eum sacerdos quo minus haberet. ca. sum in cur. 11. 11.*

*Detransla-  
zione ecclæ-  
siæ Nag-  
alone ad  
Montepul-  
ianum.*

*De mona-  
cho trans-  
lato ada-*

*Etis. §. cum vero de elect. cap. commissa. lib. iii.  
in 6. Calde. consil. 13. an promotus. rub. de re-  
gula. & consil. 24. monasterium ibidem deci-  
dit, quod si monasterium abundet fructibus,  
& patiatur defectum monachorum,  
quorum receptione spectet ad abbatem &  
conuentum, si abbas recusat, monachi non  
poterunt recipere.*

*liberè & procedere possint, b  
iuxta formam in eorum priuile-  
giis contentam. Et si in corū priu-  
i*

*a Liberè. ) Id est, sine regis nomina-  
tione, & iuxta priuilegia eisdem concessa.  
Quid si rex nominet idoneum his electo-  
ribus? Respon. non tenentur eum recipi-  
re, cum liberam habeant electionem Alio-  
qui non eligerent liberè, si tamen ipsi illū  
nominatum per regem, eligerent, valeret  
electio, ut tradit Maueret. in it. de elec. fol. 36. &  
seq. licet eo ipso quod princeps praecipit  
aliquem eligi, non valeret electio, quia  
est iusta causa timoris. asserat gloss. ex-  
pressa in cap. conuenior. 23. que. 8. in verbo  
more.*

*Quid si postulauerint aliquem, an va-  
leat? videtur quod sic, quia iuraloquentia  
in electione, habent etiam locum in postu-  
lacione. gloss. in cap. 1. de postula. prælat. & in  
cap. fin. de elect. in 6. Contrarium forte erit  
verius de stricto iure, quia supra eodem.  
in §. 1. interdicunt electio & postulatio. hic  
tantum referuntur electio habentib; priuile-  
gium eligendi iuxta formam eis conce-  
fam, & non postulatio, ergo postulare non  
poterunt, quia uno hic referuato aliud re-  
manet sublatum.*

*b Possint. ) Facta prius canonico-  
rum absentium per nuncium vel literas voca-  
tione, quæ debet fieri per decanum, vel il-  
lum ad quem de iure, vel consuetudine hu-  
i simmodi pertinet conuocatio, vel per an-  
tiquorem prædictam deficientibus. l. 2. c.  
Decur. lib. 10. Inno. & alii in cap. 1. de maiorit.  
D. Viafio in 3. parte c. 4. in d. directo. de elect.  
& formam huius citationis tradit Mandato-  
got. in tractat. de elect. in 2. parte. c. 59. in pri-  
ma forma. & seq.*

*c Formam. ) Sed quamcumque cum tres  
exprimantur in d. cap. quia propter de elect.  
Respon. vnam ex illis contentam in eo-  
rum priuilegiis, & expressam, & sic non te-  
nentur omnes formas seruare in qualibet  
electione; ut est text. in d. cap. quia propter.  
Cardinales vero quia vice Dei eligunt ad  
aliquam formam non astringuntur. Bald.  
in d. cap. quia propter. col. 1. Quippe ha-  
formæ à iure politivo introductæ fuerunt  
propter scandala de deceptions evitandas.  
quæ in electionibus quandoque interue-  
niunt solent. teste Petro Viasio indirecto. electio-  
num. in 3. parte. c. 20.*

*Notandum est quod tres sunt formæ di-  
Triplex. c.  
cti concilii. Prima est per viam spiritus formæ in e-  
fandi, quia fuit electus D. Ambrosius. Ni-  
colaus, Seuerus, & multi alii, de quibus in  
cap. statutus. & distinct. & ibi per gloss. & Ioa.  
de turre crema. & hec non indiget confir-  
De forma-  
matione, quæ enim spiritu Dei aguntur, spiritus esse  
non sunt sub lege. cap. duce sunt. 19. que. 2. c.  
post. D. Paulum. cap. licet. deregula. & de hac  
non est tractandum, cum non sit hodie in  
vsi apud nos propter peccata nostra. Nam  
fabulosè dicitur quod columba quæ sole-  
bat sanctum spiritum deferre, fuit occisa  
per cornum, per Ioan. And. in d. cap. quiapro-  
pter. de elect. col. 6r. & quod spiritus sanctus  
occupatus circa alia iactaret in electionibus  
non valet.*

*Alia est, quæ fit quasi per inspirationem  
ut pote quando omnes eligentes in unum  
consentiantur, tunc ratione pacis & concordia-  
tæ, præsumuntur inspirata, quia spiritus  
sanctus est in unitate & concordia, ut patet  
in euangelio. Vbicunque fuerint duo vel  
tres congregati in nomine meo, ibi ego  
sum. & non inter segregatos. ca. feisna. 24.  
q. 1. & cap. de illis. eadem causa. q. 3. gloss. in §.  
& cum humane. in verbo inspirare. de elect. in  
preg. requiritur tamen quod talis electio  
fuerit facta absque vitio limonia, conspi-  
cationis, coniurationis, requisitionis, seu  
confusus habiti extra capitulum, alioqui  
non dicitur quasi per inspirationem. Ho-  
stien. in §. qualiter. vers. terria est. de elect. in  
summa. per cap. per inquisitionem cum finili-  
bus de electio. poterit tamen gene. ob tra-  
ctatus*

Catus interuenire, vt pote presidens in capitulo dicere poterit, Oremus Deum pro bono praelato habendo, non tam debet fieri perflatio certe personae, vt eligatur. Io. And. & Panor. in d. c. quia propter ied si virus ex eligentibus proponeret, quid videtur de tali persona, & omnes ad unum eam eligerent, dicitur illa electio quasi inspirata teste Anch. in d. cap. quia proprie. Et quia non est certum de inspiratione, ideo requiritur confirmatio. cap. nisi de renun- cia quia non est qui possit vias spiritus sancti perscrutari. Baruch. c. 3. & ista est etiam admodum rara, & vix in vita hominis se mel sit, cum dominia ambitio totum possideat orbem, & cum homines eam omis- sient, & nunc ego.

De forma  
compro-  
missi.

Alia est forma compromissi, vt pote quando eligentes compromittunt in aliquem, vel aliquos, qui omnium vice eli- gant, & requiritur in hac forma singuloru[m] consensu[s]. c. in causis de elect. Et potest fieri compromissum in unum, siue si fuerit de collegio, siue non. c. causan que de elect. Vbi moniales compromiserant in episcopatu[m] & ibi hoc tradidit Pan. dummodo non fuerit laicus. c. Massana. de elect. Domi. in cap. si compromissarius, illo cit. in 6. Et debent elegi compromissarii in numero impari, vt a maiore parte facta electio valeat alii pre- sentibus. c. cum in iure. & ibi Compellanus. de elect. arg. l. sim tres. ff. de arbit. & l. d[omi]n[u]s ex tribus. de re iud. si tamen minor pars ele- gerit dignum, maior indignum, preferetur electus a minori parte. Panorm. in cap. cum in iure. col. vlt. de elect. Sed cum haec forma hodie raro usu veniat, quia pauci volunt (propter lucrum quod ex electionibus habent) suffragii priuari, ideo alii no- lunt committere. gloss in cap. cum expedita de elect. in 6. nisi aliquando dubitent incur- rere regis vel alterius principis indignationem, vel quando timent in electione im- pressionem fieri ideo eam etiam hic am- plius non tractabo.

Alia est forma scrutinii, quæ est in se- quenti usu, quamobrem abundantius eam prosequar, & quia haec forma est valde difficultis, & in ea quandoque, periti defici-

stuti practicam ignarent glo. in c. cum re- peddar. in iure, inquisitus. delect. m. Ideo haec forma sequitur, requiriuntur.

Primum, quod eligentes in unum con- gregentur. Nam spiritus sanctus descendit in discip. in unum congregatos. *Act. 2. 1.* & *foramen*. *Matth. 18.* vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, & c. erit audiuntum. 24. q. nos. in cap. congregatio. de elect. sext. in cap. in *Gensis*. illud cit. & ibi glossa in verbis communior. gloss. in cap. scic: in verbo formam, slo- rit. m. 6.

Secundum, requiritur quod scrutatores honesti, ac fide digni per collegium affluantur. cap. quia propter delect. Alioquin se seducti redherent suspecti. arg. *Lyon* & quia omnia sibi de procur. valeret tamen communis electio, quamvis scrutatores non es- sent alii sumptuosi quam scientes & tacentes. C. procedant, quia agitur de re iuritorum, videlicet de canonica prouisione. *Inno. in d. cap. in Genes. col. 2.* Tertius est tamen et assumentur secundum Panorum in d. cap. quia propter vel si fuerint infames electio non vicebitur, quia approbati sunt per electo- res. cap. nulli. de accus. cap. in pr. in iude. et. excommunicati. Hosti. in d. cap. qualiter. Si tame potentes & terribiles eligentes ser- cutatores, eset iusta causa appellandi, *accu- dom* eum. & doct. in d. c. quia proprie.

Tertio, quod tres scrutatores affun- tur, & non plures, vel pauciores, id c. quia propter. & ibi lo. And. & communiter doc- tent non valere electionem, si plures vel pauciores affumerentur. arg. l. si non detesta. C. hec *Inno. ibidem*, dicat non esse de substantia, quod est verum quando in col- legio non essent nisi duo vel tres, alias le- cens. Pan. in c. 1. delect.

Quarto, requiritur quod scrutatores sint de collegio ecclesie vacantis. *Inno. in d. cap. in d. Bald. Panor.* Et ali in d. cap. quia propter. quia præsumunt quod hi fideliis tractabunt negotiū electionis & procurabunt eccl[esi]æ utilitatem. arg. c. cum in officiis. delect. Hosti in d. §. qualiter. verb. de allegro. & etiam quia non est honestum exteris lecrea col- legii pandere. argu. l. a. C. quando & quibus quarta pars, lib. 10.

Quin-

De forma  
scrutini.

Quinto, quod suffragia singulorum electorum, & vota secreta per scrutatores exquirantur, ut quilibet eligentium liberius loqui valeat, & suum manifestare consenserit. d. c. quia propter ibi, secreta, & ne virus infruat alium. gl.anc. venerabilis de testibus posse sunt tamen duo plurimae testes interesse, scrutatores alia renuncient, quam fuerint dicta per eligentes. Panor. in c. cum causam, in primo col. de testibus.

Sexto, scrutari debent suffragia eligentium signatum, non bini, nec terni: ideo debet quilibet interrogari per scrutatores, quem eligere velit. d. c. quia propter ibi, signatum, c. in causis, ibi, ad tractandum de electione secesserunt in partem de elect. exempli Daniel. c. 13, quod in testibus seruantur. I. testum. C. de testi. redico in tractatu de reprobatis & saluat.

Septimo, requiritur quid suffragia omnium eligentium praesentium exquirantur. d. c. quia propter ibi, vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent, ibi non dicit per quem redigi debeat in scripturam. Ideo eligentes poterunt, dando scripturam, & tunc suffragium censemur dare, dum legunt illam scripturam, quamvis contrarium dicat D. Boer. in dec. 1. Burd. nec censemur venire contraformam, quia voce electio fit, quod fit legendo scripturam, ut plenè in confessione, quæ potest fieri legendo scripturam, ut scripti in interpretatione. c. omnis virtusque de peccatis. & remissione. facit de el. in 6. in sicut vbi plene doc. & Barb. in repet. l. cum acutissimi. col. 71. C. de fidei. alia scriptura cum opera precium fuerit.

Poterit tamen eligens variare re integrata nequaque scrutatores sint coiuncti cum aliis electoribus. Im. in ecclesia. 2. col. 3. de elect.

Nono, quid vota & suffragia electorum in scripturam redacta per scrutatores, aut notarii adhibitura ad scribendum publicetur. d. c. quia propter ibi, publicent, nec posset quis appellare, quod haec publicatio statim non fiat, & si de facto quis appellaret, ea non obstante fiet publicatio. ca. qua fronte. & ibi doct. de app. unde unus scrutatorum post collecta singulorum suffragia electionis sic dicere poterit, Placuit vobis dominis e. quomodo ligentib. dare negotium scrutandi suffragia singulorum, qui in electione inter se beat. debebant nobis tribus N. & N. & N. coelectoribus, vestris, nos secreta, & signatum scrutati sumus, & in scripturam redegimus quæ suffragia ex sociorum meorum ac vello mandato publicare decreui. Ideo unusquisque vestrum (si non grauerit) aduer-

Suffragia eligentium in scripturam suffragia e. in scriptu- legit, & in quæ directum est suffragium, ut si vellat variare, quod obviu scriptu. a. c. om- genda sunt.

VVU

rat an scriptura verum contineat, & eo facto legat papyrus in qua singulorum suffragia scripta sunt, qua perfecta dicere poterit, an sit aliquis, qui huic scripturae contradicat, & si aliquis velut contradicere poterit, dicendo se non elegisse tales: ideo bonum est, quod notarius vel secretarius capitulo cum duob. testibus adhibeat, & quod vnuſquisq; scribat electum, ut dixi.

Decimo requiritur, quod hæc publicatio fiat mox d.c. quia propter ibi, mox. ar. stipulationis. l.i. §. qui presens ff. de verb. obli. & I. ha- redes palam §. ff. de elect. nec sunt priuati potestate eligendi hi, qui scrutati fuerint, si indignum scienter nominauerint, nisi elec- tio lequatur. c. perpetuo de elect. m. 6. secus in electione. c. cum in cunctis. §. ff. de elect.

Numeri  
meriti &  
zeli quo-  
modo col-  
latio fieri  
debent.

Vndeциmo, quod facta publicatione fiat collatione numeri ad numeruin, meriti ad meritum, & zeli ad zeli, quando duo sunt electi. ipx. m. d. c. cum iana. m. fi. & c. in Genesi. al- lotit. Si maior fuerit numerus ex una parte, fiet collatio, vel an illi habuerint potestatem eligendi, fiet etiam collatio meriti, si alter electus sit idoneus, utpote docttor, sanctus vir, vel alias habili. Item zeli, quando eligentes bono zelo elegerunt, & non corrupti prece vel pecunia aut sanguine. c. cum post petitionem. de el. & ibi Pan. & ali. Spe in eo. iir. §. i. ver. publicatione autem. &c. Et numeri, si maior pars totius collegii inclinaverit in unum. d. c. cum iana. ibi, ad maiorem partem totius capituli. &c. Vnde qui ista habet facere collationem, sic dicit electoribus. Domini fecit s.e.s publicatione scrutinii suffragia nostra in plures diuisa. Nam ex nobis 24. eligetur, & consenserunt in Petru, sex in Io. s. in Ludouicu, vnde constat Petru habere maiorem cap. partem. Deinde reperio eligentes eundem Petru meliore habuisse & eum, quia nullo consanguinitatis nec affinitatis iure sunt eidem iuncti: ideo bono zelo moti videtur. Alii vero qui elegerunt Io. & Ludouicu, omnes sunt consanguinei, vel affines: ideo caro eis reuelauit dicta electionem, quo vero ad meriti, erit reperio Pet. a maiori electu, magis meriti quia alios coelectos, is enim est docttor, literis praeditus, castus, liberalis, bonis morib. imbutus. Alii sunt il- literati, adulatores, curiales, & vere mun-

do dediti. Hanc practicam elicio ex Speci- inti. de ele. §. i. ver. publicatione autem facta.

Duodecimum est necessarium, quod dicta collatio zeli, meriti, & numeri, statim post publicationem scrutinii, id est antequam eligentes ad alios aed. diuertantur, d.c. a proper-

Decimotertio, quod statim facta collatio ne communis electio sequatur. c. in Genesi. c. ecclesiæ, in primo, & ibi gl. de el. & cum post. sicut. illo ti. m. 6. vbi dicitur, quod hæc electio debet fieri ab uno, nomine, & vice cap. per verba singularis numeri, quia sicut capitulo est vnicum, ita vnicæ electio esse debet. Do. & Perus. m. d. c. scut.

Decimoquarto, quod is eligantur, in quæ maiori pars & senior copulatim ipsius capitulo collenserit. c. ecclesiæ, in 2. c. cor. 1. ibidem.

nec sufficiat si una electio efficit facta à ma- iori parte, altera à seniori, ut dicti nominandi. ecclesiæ. Feli. plen. in c. c. omnes c. 12. de c. j. vbi dicit requiri majorē partē respectu totas capitula, per ecclesiæ. i. & c. in Genesi. ut si ex duodecim canonibus elegerint vnu, quinq; alium, quatuor aliu, nulla electio valbit, quia non est facta à maiori parte capituli, in vna enim debent interessere septem, vel plures ad constitutendum maioriitate in re pectu to- tius capituli. Fal. in electione inimicis triplici- uinciali minorū. rex. m. le. exim. §. domi- de verb. sg. Senior pars collisit in authoritate Saniorum zeli, & meriti, & illa dicitur seniorque digniorē elegit, & authoritas consideratur in dignitatib. eligentib. in protœctori atate, in gradu, & in maiorib. ordinibus, r. d. c. eccl. 2. iunctio c. diud. primo. & c. in Genesi. al. Equia alii sunt stolidi inuenies, qui sanis non sunt: hi senes collisarii vel alii praediti dignitatibus: ideo magis sani, & sicut senior dicitur pars, zelus collisit in animo, videlicet quo animo motus elegerit, an ob virtutes, vel consanguinitatem, seu propter potentiam, & hic zelus ex eo electus probatur. c. den- nanc. m. 6. l. dolu. C. de dolo. si ramen electio fa- cta fuerit à duab. partib. capituli, ut ex duodecim octo elegerunt vnu, quatuor alterum, non poterit facta à maiori parte im- pugnari ratione zeli vel meriti, & sicut in de ele. in 6. & ibi Io. And.

Decimoquinto, requiritur quod illa elec- tio verbo pronuncietur, & singulariter.

curatoris constitutio tāquā forma omissa sit  
Vigesimō & vltimō, quōd iurent in manib.  
eius qui capitulo præsidebit, & ipse  
præsens prius iurare debet in manib.  
eorum electionem facere illius, quē credent

rum electionib[us] ratiōne et i[n]tendit ut futurum ecclesiæ in spiritualib[us] & temporali[bus] utiliorem, i[n] d[omi]n[u]m s[an]ct[u]m cum humanae habeatur. Et ista tria vltima debent etiam hodie in electionib[us] archiepiscoporū, episcoporum, & abbatum seruari, non inferioribus dignitatibus. quamuis præg[er]at sit abrogata, tamen hæc qualitas in his adhuc seruari debet, cum ex cōsuetudine inualuerit, cōcordataq[ue] has generales consuetudines nostra contraria non tollant, sed alia supra dicta seruantur etiam fermè in aliis dignitatib[us] & beneficiis inferiorib[us].

Decimo septimo, ut ordo præmissorum seruetur, nec præ posteratio fieri debet, a-  
lioqui non valebit, si prius fiat publicatio

quæ electio. lo. And. & alii in d.c. quia propter.  
Decimo octavo, requiritur etiæ per Bas.

Decimo octavo, requiritur etiaper Bal-  
cōciliū, quod ante electiōne eligētes audiāt  
Missam Ianceti Spiritus. S. Cū humanae. &

S. de ele. in prag. licet antea Missa nō effet de substantia electionis. Pan. & de Ripa. in c. cū ecclēsia futrina, primo no. de causa pos. & propr. Nec Missa etiā est de substantia collationis ordinum gl. in e. quod scit. in verbo, dividatur de ele. sed ob reverentiam sacramentorum dici solet, & de consuetudine, & debent eligentes deuotè illam Missam audire, & non inter audiendum colloqui c. de

legiis forma aliqua expressa *a* nō  
fuerit, tunc *b* formam concilii *c*  
generalis *c.* quia propter tantum  
seruare teneantur: dummodo *d*  
de priuilegiis sibi concessis-

**a** *Expressa*) Et sic Papa potest concedere aliquib[us] ut eligant secundum formam scrutinii vel aliam. Quid si non expresserit, datur optio eligentib[us] quam formam velint feruare ex tribus positis in d.c. quia properat g.l.3 f.d. eo quod certo loco. & l. plerique de iure dot.

b Tunc Videlicet si forma non fuerit  
expressa in priuilegio. Nam dictio tunc si-  
gnificat extremitatem temporis cui adi-  
citur. I. 4 S. i. f. de cond. & demonst. Bal. in auth.  
contra. in prim. C. ad treb. unde exponit gl. in  
cle. 1. in verbo extinc. de iure patr. l. elafso ter-  
mino. gl. in c. expartie 1. de cler. non res iste. tunc. &  
ibi doct. in c. 2. de supl. neg. l. praelat. & est talis  
naturae, ut conditionem praecedentem  
prius velut impleri, quam ad executionem  
sequentium procedatur. Calca. cors. 78. du-  
biuum. co. 2. nu. 3. Ideo si notarius dicat talis  
tunc mutauit decem, intelligitur tunc cu-  
m instrumentum sicut confectam l. aduersis.  
C. denon numer pec. B. al. in l. si ex cautione. co. 4.  
ibid. de hoc verbo multa cypri in l. mulieris. S.

Tunc quid  
significet.

VV4 3

*Dictio dū. c. Concilii generalis.*) De quo di-  
modo anfa Etum extitit supra in rub. de approb. conuento  
ciat condi- per Lateran. concilium facta

tionem.

*d. Dūmodo.*) Modificat primum

dictum, in quo habetur quod conditores  
dictorum concordatorum non intendit  
derogare capitulis ecclesiasticis, nec con-  
ventibus monasteriorum, habentibus specia-  
le priuilegium eligendi, dūmodo ostendat  
illa priuilegia per literas apostolicas, vel al-  
ias auth. c. contra morem, ibi, quod hoc Ra-  
uenmati ecclesie sunt concessa, à vobis oportet of-  
fendi 100. dñi. hec enim dictio dummodo nō  
facit conditionē, sed obligat ad sic facien-  
dum, quia modus est obligare valens recipi-  
procē, sed conditio non obligat reciprocē.  
*Bal. in c. dudum. 2. col. 6. nu. 26. de ele.* Vnde si e-  
lectores nō ostendant priuilegia per autē-  
ticas scripturas, eligere nō poterunt si dis-  
pensatis de nō promouendo ad sacerdotiū  
per quinquenniū, dūmodo intra annū ad  
subdiaconatū fuerit promotus, si intra an-  
nū nō fuerit ordinatus ad subdiaconatū,  
non proderit dispensatio, quia modus non  
implero actus infirmatur. *Bart. & Soc. in l.*  
*quib. §. terminius. ff. de cond. & dem. Corn. conf.*  
*zo. viro. co. 3. ver. poteſt. in 3. vol. intellige quādo*  
*ungitur rei perfecta dictio dūmodo, non*  
*facit conditionem, secus si rei imperfectæ*  
*c. et p. t. r. i. t. u. de ele. gl. & doc. in c. non poteſt. de*  
*prob. in 6. Do. de Rot. decif. 23. ordinat. inno.*  
huiusmodi per literas apostolicas,  
seu authenticas & scripturas do-  
cuerint: b. omni alia specie pro-  
bationis c. eis in hoc

*Authentica*  
*scriptura*  
*que dicatur.*

*a. Authenticas.*) Etsic potest proba-  
ri priuilegiū per literas apostolicas vel ali-  
as authenticas, id est, per se fidē facientes,  
ut pote publicas, vel etiam non publicas,  
vt si priuilegium vetustate corruperetur,  
& fuerit renouatū per habentē potestatē,  
illa scriptura erit authenticā, & priuilegiū  
per eam probabitur. *ca. fin. de fide instr. & c.*  
*cum dilecta. de confir. ritu.* Idem si fuerit iu-  
dicatum secundum priuilegium, & nō re-  
periatur nunc illud, sententia illa plenā fa-  
ctet fidem, & probari priuilegium poterit

per hanc scripturam authenticā, *sot. in c.*  
*i de fide instr.* ideo hic excludit priuaram  
scripturam per hoc verbum authenticas.  
Nam authenticā dicitur quasi ex autho-  
ritate habens. *Pan. in d. cap. 1. de fide instr.*  
*gl. & ibi Barb. in cl. causam. in verbo, authen-*  
*ticā de el. abudē scripti intrac. de litteris obli. in verb.*  
*authenticā in ord. reg. in 1. tomo, quot modis*  
*scriptura authent. dicatur, & quādo habe-*  
at executionem paratam, vide ibi si lubeat.

*b. Docuerint*) Sed cui debent electo-  
res has literas ostendere, tex. non dicit: i-  
deo dicere regi seu eius procuratori, vel  
aliis quorū interest, & integrē, ut legi pos-  
sint. *c. cum persone. de priu. in 6. tenetur. q. ca-*  
*pitulum oltendere illud priuilegium pro-*  
*priu. impensis, per gl. & ibi doct. in cl. causam.*  
*de el. & dixim gl. dare. in §. teneantur. de col. inf.*

*c. Specie probationis*) Quā multe  
sunt, attestantibus Host. Spe. & bona parte  
do. Et de quib. infra dicetur. Sal. tamen in rub.  
*C. de prob.* dicit duas esse tantum species, v-  
na vera, altera p̄sumpta vera, alia plena,  
alia semiplena. & alias tradere, est magis  
ponere species cauſarum, per quas legit-  
ima fit probatio, quam species legitimae  
probationis, teste Philiberto in repe. l. negoti-  
natales. ver. sequuntur pag. 17. *C. de prob.* ve-  
rum tamen vi istum text. declaramus lo-  
quentem de scriptura authenticā, de om-  
ni alia specie probationis, ergo est multi-  
plex, ideo nos veterū doctrina insequemur

Prima species, est in scriptura publica  
& authentica, quā hic admittetur, de qua in  
rub. de fidē instr.

Secunda est scriptura priuata, quā est  
multiplex, de quib. per gloss. Bar. & alios in-  
admonendis, de iure iur. in bone fidei. C. alio-  
c. fi. co. ii. que non recipiunt hic.

Tertia species probationis est per testes,  
vt in rub. ff. ac C. & in decreto. decreto. & parem  
habent vim testes & instrumenta de iure,  
sed non quondam istius priuilegii probatio-  
nem. *l. in exercendis. C. de fide instr. c. cum ad se-*  
*dem. de restit. spol.*

Quarta est confessio. l. publica. in sibi. sed C. offi-  
probationem depositarum rerum. ff. deposit. auth. probatio-  
nem. quis. unctagloss. C. de edend. capit. n. de con-  
sacr. ff.

ff. in 6. vbi positiones negatiæ quæ alias probari non possunt, per confessioem probantur, & quod sic probatio tenet Bar. in l. triticum ff. de verb. oblig. sed Dec. in rub. de proba. col. 5. in antiqu. dicit non esse probationem, sed relevatur per eam quilibet ab onere probandi, & per iuramentum. an hic recipiatur, quo ad hunc textum crederem quod sic, cum nulla sit magis evidens probatio, quam illa quæ resultat per confessionem. l. generaliter. C. de nonnu. pet. c. per tuas. de prob. & multa quæ non possunt probari per testes, probari solent per confessionem, ut negatiæ. c. i. de confes. imo illa quæ nullo modo probari possunt, per confessionem probantur. glos. not. in auth. de equalit. dotis. §. si autem in verbo, scribat. col. 7. quam notar patruus meus Rebuffis, & ibi in addit. adeum. in l. quicunque. C. de apoch. pub. libr. 10. & Alexan. in l. à dno pio. §. si ignor. col. 1. ff. de re iudic. & l. in ratione. §. quod vulgo, ad legem Falc. & Barb. conf. 40. preclare. col. 3. in 1. vol. cum his quæ additi in d. §. si autem.

Quinta species probationis est iuramentum. l. fin. §. licentia. C. de iure deli. cap. 2. vbi doct. de prob. cap. statutum. §. cum vero. & ibi gl. de refr. in 6. quod est verum in iuramento necessario, & judiciali, secus in voluntario vellitiss. decisorio. l. admonendi ff de iure iur. & multos casus. quib. iuramentum plenè probat. concessit Hipp. in rub. de prob. fol. 17. & seq. & non admittitur hic.

Sexta est sententia, nam sententia probat tenorem libelli amissi, quitalis prae- fuitur, qualis ex sententia colligi poterit gl. sing. in c. dudum. in gl. vlt. de dec. & sententia pro veritate habetur. l. ingenium. ff. de stat. hom. & nihil minus operatur sententia, quam dicta testimoni, vel instrumentorum ad probandum. Bal. in l. fin. num. 9. C. de fal- cau. adiecta. quod intellige quando transiuit in rem iudicatam. gl. in l. res iudicata. ff. de reg. iur. & quod possit haec probationis specie probari priuilegium eligendi, supra

§. fin. inst. de gradib. Hæc quippe omnibus aliis probationib. præfertur, & omnes superat Barb. conf. 7. clementissimi. col. 4. in 1. vol. & Ro. conf. 10. 4. patre reuerende. in fin. & nulle legis virtus potest hanc probationem excludere. Bal. in rub. C. de proba. col. 1. & seq. facit. l. inde Neratius. §. fin. ff. ad leg. Aquil. & l. confessionib. de inter. act. Ideo si statutum prohibeat contra instrumentum sigillo regio sigillatum aliquam opponi exceptionem, tamen poterit opponi exceptio. quæ ex ipsis instrumenti inspektione apparat. Bal. in l. ex prediis. C. de eucl. Rom. conf. 42. viss. ver. 3. hoc idem. & & haec non respue- retur si procederet ex literis authenticis, vt ex tex. patet. ideo si in literis sculptis esset priuilegium scriptum, probaret.

Ostia est vehemens opin. nempe ve- De ve- hemens opinio veritati confona, idem o- menti op- peratur quod certitudo glo. in l. si quis ex- nione.

traneus. §. fin. in gl. vlt. ff. de acq. hær. & ibi Bal. dicit multa esse de quib. non potest haberi vera certitudo, tamen vehemens opinio iuncta cum veritate idem operatur, quod certitudo glo. in l. 2. §. idem Labeo. 1. in verbo. sciant. ff. de aqua plu. arc. gloss. in l. libera. de pecul. & l. si paterfamilias, de hered. inst. Bart. in l. qui bona. §. scilicet. col. vlt. de danc. infe. Ideo si iudex vehementer suspicetur calumniam in opponente exceptionem peremptoriam, poterit eam non admittere, & licet ille appelle, non tam enarrabit factum iudicis primi, nisi appellans proberet veritatem suæ exceptionis. Anch. conf. 158. ex narratis col. pen. post l'not. in cap. post electionem. in fin. de concess. præb. & glos. in cap. super eod. de offic. deleg. in verbo, tenebit, quod in practica notandum esse dicit Barb. in conf. 18. clementissimi. col. 10. in 1. vol. quod Franciæ praxis non reciperet, sed sufficeret appellare, quod exceptio peremptoria non sit recepta, multa cumulat. Hippoli. Marf. sing. 205. vehemens opinio, ista hic non attenditur.

Nona elratio naturalis, per quam probatur eum, qui fuit suis membris per an- nūm captus, non genuisse, ideo vxor. que interim peperit, dicitur adultera, vel si maritus fuerit per duos annos absens, &

De proba-  
tione: que-  
per rei evidētiā, seu per oculorum in-  
spectionem. l. si irruptione. §. 1. ff. finium reg.

postea reuersus inuenit anniculum, probatur ratione naturali non esse mariti. *l.* filium *ff.* de his qui sunt sui rel alieniur. *fel.* in cap. præterea. col. 1. de testi. istam excludit tex hic, dum dicit omni alia specie probationis adempta.

*De ratione.* Decima species probationis fit per connaturalis iecturam legis, si enim iuuenis inueniatur legis conte abditus & occultatus in domo pulchrae *aura.*

*Quando* iecturam. *Bart.* in *l.* 2. *ff.* de furti. Item quando quis falsum committit in actis cause, quapropter præsumitur iniustâ fouere causam, quia matur.

si bonam habuisset causam, hoc non fecis-  
set, ideo debet illam causam perdere. *gloss.*  
*& Bart.* in *l.* infraudem. *§.* quoniam. *ff.* de iure p-  
isci. *Bar.* in *l.* 1. *§.* 2. in fin. ac calunnia. *Bald.* in  
*l.* qui testimonio de excus. tue. Item dicunt doctores, si corrumpat iudicem. *Paxor.* &  
*Fel.* in cap. cum venerabilis. de except. Idem si  
recusat omnes curiae practicantes, ubi sunt  
plurimi, & quando probatio est difficilis,  
tunc admittitur probatio per coniecturas.  
*Arch.* in cap. inter memoratas. 15. que *ff.* 3. *Bar.*  
*& ali per illum in tex.* in *l.* si quando. *C.* unde *vi.*  
*& cap.* affirme de presump. hæc etiam repellit  
per illum text. Et haec sunt species pro-  
bationis, quas tradit *Bald.* in rub. *C.* de prob.  
& *Ioan.* *Andr.* in addit. ad Spec. in rub. de proba-

*Versus con-*  
*umentes* *§.* fin. tradit quoddam versus sic dicentes:  
*species pro-*  
*bationum.* *Aspectus,* scilicet *primum,* *testis,* *notoria,* *scriptum,*  
*tarans,* *confessus,* *presumptio,* *fama pro-*  
*batur.*

& ibi Spec. enumerat 12. species proba-  
tionam.

Vide decima species, quæ fit per sculptu-  
ram. 1. per literas scriptas seu insculptas  
in lapidibus, aut in mar more, quando de  
re antiqua probanda agitur. *gloss.* in cap. cu-  
causam. de prob. & l. monumentorum. *C.* de re-  
lig. & sum. fin. Ideo quandoque consuluit  
Caturci literas scriptas in calice, probare  
calicem esse illius, de quo scriptura canta-  
bat, vt liceat planè videre in meis con-  
siliis, & hæc forte non repelletur hic, quia  
potest dici scriptura authentica per prædi-  
cea, & quæ addidi add. c. cum causam. &  
superius dixi.

Duodecima, est quæ fit per notorium.  
notoria enim non indigent probatione,  
quia æquiparantur sententia. *l.* emporer.  
in prim. *ff.* de act. emp. *Bald.* in *l.* 1. *C.* decurias.  
rio. Ideo notoriū dicitur probatio probata, vel saltem de facilis probabili. *Bald.* in  
*l.* 1. col. 2. vers. porro. *C.* de reuo his quæ in fraud.  
cred. alien. sunt. tradit *Ioan.* *Pat.* multa de-  
n. torio, impræmissio in filii ut imper. dolim. ca-  
veltra. de cohabita. cler. & mult. *gloss.* in cap.  
manu *ff.* 2. q. 1. & hæc admittetur quando  
fieri per literas authenticas.

Decimatercia, est quæ fit per presump-  
tionem violentam, re in c. affirme. de pre-  
sumpt. cap. dixit Dominus 32. q. 1. l. si qui adul-  
teri. *C.* de adult. *Mathesilla.* not. no. nota quod  
presumption. de presumptionibus aliis  
tradit *Holti.* in famam, de presump. & dol.  
peritonum illum tit. glo. & dol. in c. 12. qui sicut  
de spons. l. fin. ff. quod metus causa illa ren-  
tur quo ad hunc text.

Decima quarta est fama, *gloss.* & *dol.* in  
*l.* admonenti. *ff.* de iure ux. plene ang. in nat.  
de maleficis. in *gloss.* fama. & differentiam  
inter famam & ramorem tradit *Bald.* in  
*Margari.* in verbo, rumor, multa addita ad Al-  
be. in dictio. in verbo, fama. hæc non consi-  
deratur ratione habita ad text. si literæ ob-  
tunciant.

Decima quinta species, est quæ fit per tacitum.  
cituritatem, si enim mittam litera ad te sicut quando  
in quibus dicam te mihi esse debitorum in proba-  
decem, situ recipias literas & taceas, in-  
ducetur probatio contra te per taciturni-  
tatem, non presumpit lex quod tacilles,  
sive rius debitor non existeres, per text. *ff.*  
in *l.* si filius familias. in 2. *ff.* de tenus consult.  
*Maccio.* l. publica, in fin. *ff.* deposit. *latef.* no.  
22. nota. mirabilem. *C.* si in *ff.* in cap. ta-  
citurnitas, de remo, ista probatio seruiret,  
quo ad hunc tex. requirentem scripturam.

Decimasexta, est illa quæ fit per ratio-  
nes. *l.* nuda. & ibi *Bart.* *ff.* de donat. *l.* rationes.  
*C.* de probatio. not. *Dec.* in *l.* 1. *C.* de edend &  
quia non sunt scriptura apostolice, nec  
authenticæ, que hic tantum amplectun-  
tur, ideo non possent priuilegium pro-  
bare.

Deci-

*Sicutio en* Decimaseptima, per solutionem censu-  
sus, si enim probem te soluisse censum pro-  
tali domo presumptio est, quod eam ha-  
bueris a me, & sic quod proprietas est mea.  
Bald. in l. indicia. col. 2. C. de rei vend. text. &  
ibid. Bart. & patruus meus Rebuss in l. libibus  
C. de agricola. & censit. lib. ii. Bald. & alii in l.  
Si ceteris amiss. de past. quia quando quis vti-  
tar re tanquam dominus, presumitur  
dominus. gloss. 4. in fin. in l. quidam. C. de  
condit. instru. Iaf. in l. 2. col. 33. num. 159. C. de  
iure emph. Bald. in l. censualis. de dona. sed nil  
ad hunc tex.

Decimaoctava species probationis est  
per fugam, quae aliquando plene probat.  
l. consiliorios. C. de assejo. aliquando non vt  
plene scribit Fel. regulam cum limitationibus.  
in cap. nullius de presumpt. iafon. in repet. la-  
monendi. col. 60. ff. de iure utriusque. quae non agno-  
scitur per hunc. text.

Decimanona comparatio literarum.  
l. comparationes. C. de fide instr. & in authen-  
de instru. caute. & fide. col. 6. & haec exclu-  
duntur hic.

Vltima probationis species fit per sigil-  
lum, si in aliquo instrumento apponatur  
sigillum alicuius, appositi signatim o-  
perabitur, quantum subscriptio. gloss. Bar.  
& alii in l. 2. C. de rebus alien. non alien. & in  
l. que dicitur misa. ff. sol. matr. Rom. confil. 302  
haec scriptura facit quod not. Archidiac. in cap.  
2. de procur. m. 6. & quae dicitur in tracta. nomi-  
nat. quæst. 10. num. 20. cum seq. in verb. 5. re-  
queritur, & si hoc sigillum faceret scriptu-  
ram authenticam, & adhæreret instrumento,  
reciperetur. Quotuplex sit sigil-  
lum, & quid continere debet, scripta in  
tractatu nominatio. quæst. 10. num. 24. & seq.  
De indiciis & aliis administris quando  
probent, vide in l. fin. C. de proba. & per Hip-  
pol. in reb. illius tit. & vide species proba-  
tionis ex quibus multa hic sunt adempta  
n sequitur in gloss. proxim.

adempta. a

*adprobatio posse admissi vel* a Adempta. Et sic admissi potest proba-  
tio, quod videtur contra text. in l. quoni-  
am. C. di hered. ubi dicitur probationes ne-

esse angustandas, sed ampliandas. Item  
non valet pactum partium, quod non pos-  
sit probari solutio, nisi per scripturam glo-  
ssam in authentica vi sine probi. mat. debit. §.  
1. coll. 7. in gloss. magna, quam not. Alex. in l.  
iubemus. C. de iudic. & ad examinationem  
veri omnis iure prodita probatio admitti-  
debet. l. nec omis. C. de lib. cans. Sed respo-  
primò posse intelligi in dispositione ho-  
minis, focus in dispositione legis, vel sta-  
tuti, quia lex vel statutum probationes po-  
test restringere, vt per gloss. in cap. 1. de cen-  
sus. in 6. vbi licet videre casus, in quibus  
requiritur scriptura, & probatio per te-  
stes non valeret, vt scripta in glo. litteras. §. 1.  
demanda apost. infra. non obstante gloss. in  
d. authen. vi sine probi. quia reprobatur pec-  
Bart. in d. rubr. C. de decre. decur. lib. io. &  
quod valeat pactum, est text. in l. contractus.  
C. desid. instru. tradit gloss. & doct. in auth.  
iubemus. C. de iud. Vital. de Cambaniis, in rati.  
clausula. rub. an possit renunciari proba-  
tioni. Barb. conf. 64. scribitur in 4. vol. 8c  
principem posse refutare partem ab one-  
re probandi. concludit Boer. in decis. Bur-  
deg. quest. 247 nunc ad secundam, quod  
non est simpliciter verum, vt alibi scri-  
psi: imo etiam valer statutum quod non  
fit probatio, nisi per testes, vt firmat Bart.  
in l. cert. condic. §. quoniam ff. si cert. pet.  
& ibi multa an hanc rem factentia cunulant  
doct. Vel quod non fit probatio nisi per  
instrumentum, nisi in certis easibus. per  
Anton. & Felin. descrips. in cap. cum loan. de  
fide instr.

Posset fieri etiam in hoc easu probatio Amisso  
per testes, quando perditum esset priuilegium, scripturæ  
glossam, vel igne aut bello, seu alio easu. l. quomodo  
testum. in fin. C. de testim. dummodo pro per testes  
bentur tria, scilicet priuilegium fuisse probatum  
concessum, scripturam publicam vel au-  
thenticam inde confessam, & causas amissio-  
nis. Item per confessionem partium si  
Papa & rex confiterentur ecclesiam ha-  
bere priuilegium eligendi, fatis effet pro-  
batum. vt supra in gloss. proxima dictum ex-  
tit. Bartol. in authent. sed iam necesse. C.  
de donat. ante nupt. gloss. in authen. de equali.  
dotis.

doeis. §. Ita autem col. 7. facit quod nos. Fel. in ca. ad aures. de prescrip. & ibi Paul. Parisius, in fin. hoc plenius prosequitur. Ad hæc poterit coadiuvari hoc priuilegium per testes Bald. in d. l. certi conditio. §. quoniam. per gloss. ibi, & text. in cap. series de testim. nec recusabitur probatio qualitatis per testes, vt quod fuerit scriptura apostolica, vel alias authentica. Anon. But. in 6. audit. in 6. notab. per illum tex. de in integr. restit.

Item si pars non opponeret, probatio per testes valeret. Bald. in d. §. quoniam. quia pars racendo videtur approbare. arg. l. si quis testim. C. de testim. Item non procedit secundum Felii. & alios in cap. 2. de prob. quando fieret probatio per quinque testes, per d. l. testim. quod non admitterem, cum hic omnino admittatur probatio præter scripturam authenticam, & literas apostolicas, quo ad hoc, sed quo ad alia non. Item limitant quādō probaretur per testes legalissimos, quos etiam hic non admittent iudices, cum hic admiratur omnis species probationis præter scripturam authenticam. Et sic limitationes alias. Fel. in d. c. 2. cessant quo ad hunc text.

Periclitatur etiam cautela Cepole. 165, regulariter ino nec officio iudicis alia probatio recipietur, quām literæ apostolice vel authenticæ in hoc casu. Ilicet Hipp. dicat alias posse admit. in rub. de prob. fol. ii. ubi tradit multas cautelas ad probandum per testes, quæ videntur cessare hic. Ita sunt quæ ad hanc primam partem (bone lector) addenda censuimus, tum iussis, tum precibus amicorum deuicti, impunit me præcipue ille senator in sacro magno consilio egregius Do. Brellius, non modo iure consultissimus, verum etiam græca ac latina lingua doctissimus, nunc vero in sacra & magno regis consilio præses benemeritus, licet feliciori stilo ac eruditio super his scribere potuisset, si per otium ei licuisset: in quibus tamen si alieuius personæ ecclesiæ, vel iuriis iætaram aliquam fecero, à quolibet corrigi, ac detexere illa paratum me offero, veniam etiam petens, si aliqua iuri contraria (præter tamen animi spem) in sum-

mos principes locutus fuero, vel si eostatis (vt dicebat) non fuero prosecutus honoribus, si vero aliqua utilia descripta sint, Deo Optim. Max. tribuo, cui agam perpetuas gratias, gratia quippe eius in me vacua non fuit, sed abundantius aliis omnibus super hisce concordatis scripsi, Non autem ego, sed gratia Dei mecum, vtor verbis D. Pauli hanc primam concordatotum partem, que tamen in editione ultima fuit, claudens.

### De Resurrectionibus, tam generalibus, quam specialibus sublati.

Resurrectiones ac expeditatiæ generales, & speciales, à Papa concedi non debent ad vacatura beneficia, & si concessa fuerint, irritæ sunt, & inanes hoc in summa habet hic §.

**V** Olimus & quoq; & ordinamus, quod in regno, Delphinatu, & comitatu prædictis de cætero non dentur aliquæ gratiæ expectatiæ, ac speciales, vel generales resurrections ad vacatura beneficia, per nos & sedem prædictam non siant, & si de facto per importunitatem, aut alias à nobis & successoribus nostris, & sede prædicta emanuerint, illas irritas & inanes esse decernimus.

**D** Ei optimi maximi inuocato præsidio. Haec tenus ferè legitur D. Io. Dayma, doctor Tholosanus excellentissimus, & ibidem, dum legebam, collega meus, qui olim ad me literas (dum apud Pictones & Bituriges iura interpretarer) misit in quibus se ad vimbilicem glossemata concordatorum duxisse inhibuit explicandis totis (vt aiunt) nervis interdiu noctuque multos annos elaborasse enunciavit, quæ me multo tempore tenuerunt, ne super his aliqua scriberem. At cum nuper eius viduisse glossemata ad hanc